

Sammelld 07

IOANN. ERNEST. IMM. WALCHII
P. P. SOC. LAT. IENENS. EPHORI

24

ANTIQUITATES
HERCULANENSES
LITTERARIAE

ACCREDIT

SYLLOGE INSCRIPTIONVM HERCULANEI
ATQVE IN EIVS CONFINIIS ERVTARVM

EDITIO SECUNDA AVCTIOR.



IENAE LITTERIS ET SVMTIBVS SCHILLIANIS.
ANNO MDCCCL.

JOANNI BENEDICTI MICO MARCHII
P. P. 1600. BVB. IENENSIS. LIBRARI.

ANTIQUITATIS
HERCULANENSIS
LIBRARIA

ACERBI

SALFOOTINSESPITIONUM HERCULANI
ACERBI. D. 1600. BVB. IENENSIS. LIBRARI.

ACERBI. 1600. BVB. IENENSIS. LIBRARI.



IMMAG. ITALICAE ET SAMTIB. SCHILLIANI
ANNO MDCCII.



LECTORI S.



OMNIVM sermone celebratum ad-
huc fuit Herculaneum, haud igno-
bile olim Campaniæ oppidum;
nec obscurum vlli opinor; aut ab-
sconditum rumorem, qui de fel-
cissimo eius ad pristinam lucem reditu non sine op-
timi litterarum salutis augurio vbique percrebuit.
Neminem quoque facile reperiri arbitror, qui sine
maximo voluptatis sensu non exceperit lætissimum
hunc nuntium de inuento illo, in quo integra vrbs
tam diu delituit, sepulcro. Quam iucundum fuit
omnibus, famam audire nuntiantem, vrbem illam,

) (2 quam,

P R A E F A T I O.

quam, excitato funesto Vesuuui incendio terræque motu, Titi temporibus misere descendisse nouimus, emergere ex montis illius pumicibus: prodire ex istis cauernis præstantissima antiquitatis monimenta, inscriptiones, vasa, statuas, simulacra picturasque elegantissimas: non comparere in illo hiatu, in Campanæ terræ medullis ac visceribus inconditos, ut facile quiuis suspicari poterat, ex conquassatis ædibus lapidum aceruos; sed, quod mirum dictu, integras ædes, porticus, theatra, templa aliqua eius generis amplissima ædificia: nullum sine laboris fructu transigi diem, quo ad lucem non extrahantur noua quasi miracula, pretiosissimæ Romanæ in ipsis cineribus adhuc spirantis maiestatis reliquiae.

FACILE colligi potest, ex quo Campanæ istæ musæ reuiuiscere inter mortales et spiritum quasi recipere cœperunt, atque in conspectum prodire publicum, ipsarum, qui ibi sunt, antistites ac sacerdotes non quieuisse, et sedisse elingues in felicissima hac diuarum illarum conuersione; aut oscitatos esse in exoptata hac, quam fatorum fauor litte-

P R A E F A T I O .

litterarum studiis indulgebat, fortuna. Non de-
rant partibus suis, qui inter Neapolitanos harum
musarum sacris iniciati fuerant, et, quidquid pote-
rant, id ynicē ad illarum praestantiam, dignitatem at-
que elegantiam, a puluere ac sordibus vindicandam,
strenue ac sedulo referebant. Adsciscerent ad iucun-
di istius laboris societatem, qui reliquam Italiam et
Etruriam ingenii famā illustrant, viros præstantissi-
mos: communicabant cum his liberaliter, quæcum-
que describendi facultas ipsis data fuerat, eruta an-
tiquitatis monumenta: sciscitabantur ipsorum sen-
tentiam, hique ad inuestiganda infelicis huius ur-
bis rudera eo promptiores videbantur, quo vberio-
rem laboris fructum inde sperare, quoue maiorem
ex illis gloriam iure meritoque sibi promittere po-
terant. Quo factum est, vt præstantissimi fetus, ab
Italæ ingeniis certatim quasi et non sine æmulatio-
ne exclusi, ad nos perferrentur, qui multa nobis,
quæ de hac ciuitate benigniori fortuna in lucem
educta fuerant, ostendebant, explicabant et longe
præstantiora adhuc sperare nos iubebant. Ad quem
censum eminentissimi cardinalis ANGELI MARIAE

flap

X 3

QVI-



P R A E F A T I O.

QVIRINI, illustrissimi marchionis SCIPIONIS
MAFFEII et virorum celeberrimorum ANT.
FRANC. GORII, MARCELLI DE VENVTI, IA-
COBI BELGRADI aliorumque politissima scripta
præ ceteris referenda sunt, ne dicam de litteris IO-
SEPHI STENDARDI, RVDOLPHI et MARCEL-
LI VENVTORVM, PAVLLI MARIAE PACIAV-
DII aliorumque de hoc argumento exaratis et in
celeberrimi GORII admirandis antiquitatum Her-
culanensium suppeditatis.

VERVM ENIM VERO ut hæc omnia, quæ ad-
huc de Herculaneo prodierunt, pro primitiis solum
habenda esse, nemo facile negabit, qui regio iussu
cautum fuisse, legerit, ne quis exscriberet; vel ad-
umbraret inuenta hæc præstantissima liberalis do-
ctrinæ præsidia; sic largissimam eorum messem,
ipsius potentissimi regis auspiciis faciendam, omnes,
qui mansuetoribus musis sacra faciunt, faustis exci-
tati ominibus, exspectant. Hanc tamen moram
eo libertius quisque perficeret, quo vberior tum erit
antiquitatum Herculanensium prouentus, qui in re-
gio adhuc fouetur sru et in dies ad tempestiuam
quasi

P R A E F A T I O.

quasi crescit maturitatem. Sufficient aliquamdiu
ingenii exercendis edita iamiam egregia Hercu-
lanenium litterata saxa, quæ satis amplum differen-
di campum omnibus, qui in hoc litterarum gene-
re vires suas experiri volunt, patefaciunt. Id vero
felici optatoque cum successu semper fieret, vellem,
et ita, ut verum ad liberales doctrinas inde redunda-
ret emolumentum: ut utilia a minus utilibus sollicite
discernerentur; nec tot tantisque inanibus laboribus
ingenia sine fructu se frangerent, propter unicum
sapere lapidem, cuius explicatio cur tam anxie sit fa-
cta et instituta: cur tot conjecturæ in medium adla-
tæ: tot excitatae sint contentiones, ratio ferme nul-
la dici potest alia; quam quod Herculanei is inuen-
tus atque effossus fuérit.


IN hac, quam Tibi, lector benebole, trado,
secundis curis expolita commentaryone, ad id po-
tissimum animum meum retuli, ut eruta in illis oris
egregia politiorum musarum instrumenta ad in-
dagandas litterarias antiquitates Herculanienses re-
ferrem eaque scrutandis prisca Campanæ doctrinæ
vestigiis maxime adhiberem. Quod argumentum

P R A E F A T I O.

vti sua se iucunditate atque utilitate satis commendat; ita
haud abs re fore arbitrabar, si illius tractationem boni omni-
nis caussa orationi de praesenti in Italia litterarum statu pre-
mitterem, a me præterito anno habita, quum prouincia,
philosophiam in hac academia publice docendi, clementissi-
me mili demandaretur. Vix illa litteris descripta erat, quum
multi, propter argumenti potissimum nouitatem modo me,
modo librarium exemplorum sibi comparandorum caussa
adirent, hisque distributis omnibus, nouam editionem su-
aderent. Atque hoc negotium in se suscepit vir spectatissimus,
IO. FRID. SCHILLIUS, cuius desiderio nequitam volui de-
esse, hortantibus præcipue amicis et fautoribus meis, cum
quibus literarum inii commercitum. Recognoui omnia se-
dulo, additis passim nouis obseruationibus, quæ ad ipsam
rem, quam disputauit, magis confirmandam pertinere maxi-
me mihi videbantur. Adiunxi præterea syllogen earum in-
scriptionum, quæ nostro potissimum auo Herculanei et in
eius confiniis erutæ sunt. Ex illis, quæ iam CAPACII ætate
ibidem sunt inuenta, et quæ ipse iam suppeditauit, marmo-
ribus, non omnia, quum vbiique fere et in plurimis inscrip-
tionum collectionibus exstant; sed ea solum dedi, quæ præ-
ceteris antiquitatibus Herculaneum litterariis illustrandis
inseruiunt, et ad quæ passim in ipsa hac commentatione, ve-
lut ad testes fide dignos prouocavi. Tu vero, lector benevo-
le, vale mihiisque ac meis studiis saue. Ienæ, d. XXVII.
iul. anno reparatae salutis CICICCLI.

iv

EX



Ex quo fama de Herculaneo, ex Vesuuui
cineribus prodeunte, emanare et nostras
quoque Germaniae prouincias peragrare
cooperat, non defuerunt, qui sparsos hos
rumores exciperent quam latissime ac, faustis quasi
ominibus excitati, ex cauernis istis, nescio, quas hono-
rum et fortunarum accessiones litterarum studiis
augurarentur ac spirare adhuc musas veteres Campanas
diuinarent in terrae his visceribus ac ruinis nobili-
lis ciuitatis, quam sub Nerone a) Vesuuui exhalatio-
nibus

A

nibus

a) contigit id anno urbis **NECAM** libr. VI. **natur.** **questi-**
on. cap. I. et **TACITVM** libr.
cum autem LXIII. Regulo et XV. **annal.** cap. 22.
Virginio consulibus. Vide **se-**



nibus ac terræ motu ex parte concidisse: sub Tito b), grauissimo montis huius incendio factō, misere penitus descendisse, nouimus. Qui quidem mihi videbantur vere; nec sine ratione augurium hoc egisse, quod felicissima illa, vbi Herculaneum situm fuit, regio ingenuis ac liberalibus artibus antiqua iam ætate, Cæsarīs præcipue atque Augusti temporibus, extiterat florentissima. Larga litterarum luce omnia ibi erant completa Campanusque ager præstantia alebat ingenia, tam domestica et nativa; quam aduentitia et ex alieno fundo tam copiose huc translata, vt Campania

b) anno urbis DCCCXXXII. pan. felic. diff. II. cap. 23. p. christi LXXIX. Vespasian, aug. 232. sq. IVL CAES. RECVPI- IX. et Tito VII. consulibus: tVM de Vesuiani. incend. p. 18. lege XIPHILINVM epitom. Di- illustrissimum marchionem on. libr. LXVI. p. 756. et PLI- MARCELLVM DE VENVTI NIVM libr. VI. epif. 16. et ad- descrizione delle prime scoperte de 10. MASSONVM vit. Plin. dell' antica città d' Ercolano, cap. p. 26. De his Vesuuii incen- IV. p. 48. et cel. ANTON. diis, quibus Herculaneum et FRANC. GORIVM, admirand. loca finitima grauiter vexata antiqu. Herculani. §. VIII. et IX. sunt, conf. ANTON. SANFE- vol. I. symbol. litterar. Florent. LICVM de Campan. origin. et p. 16. 17. quibus addi possunt, situ, tom. IX. part. I. thes. an- qua de Vesuui obseruat FRAN- tiquit. et histor. Ital. p. 7. IVL CISC. BLANCHINIUS istor. CAES. CAPACIVM antiquit. et eniuerſal. prouata con monument. hist. Camp. cap. VIII. CAMIL- e figur. con simbol. degli antichi, LVM PEREGRINVUM de Cam- ROMÆ, MDCXCIX. p. 246.

pania non vbertate solum agrorum: varietate fructuum: amoenitate litorum: suauitate locorum ac salubritate aeris c); sed ingeniorum quoque fertilitate aliis terris antecellere videretur d). Habebant ibi musæ iucundissimas sedes, quarum multas in villis ac finitimis locis sibi ita parauerant, vt politiorum disciplinarum officinis septum quasi ac munitum esset Herculaneum. Fuerant porro quam plurimæ coloniæ Romanæ a multis seculis per totam Campaniam diffusæ atque in vicinitatibus ac confiniis nostræ vrbis vndique ita dispositæ e), vt per illas amplissimam eius ciaibus oc-

A 2

casio-

c) vid. STRABONEM libr. V. VIRGILIVM libr. IV. georg. p. 371. CICERONEM II. agrar. v. 563. A. GELLIVM libr. IX. cap. 28. FLORVM libr. I. cap. 16. aliosque apud CHRISTOPH. CELLARIVM notit. orb. anti- qui, tom. I. p. 830. CAMIL- LVM PEREGRINVM lib. ex- cit. diff. III. cap. I. sq. IVL. CAES. CAPACIVM antiquit. Neapol. cap. I. PHILIPP. CLV- VERIVM lib. IV. Ital. antiqu. cap. I. p. 109I.

d) vid. CICERONEM orat. pro Archia poet. cap. III. LI- VIVM lib. XI. cap. 42. et, qui in primis Neapolitanos ob literarum studia commendant;

CAPACIVM antiquit. Neapol. cap. XXII. p. 178. de Capua FRONTINVS de coloniis et ci- CERO orat. Philipp. II. cap. 40. de



casionem, litterarum studia amplectendi, datam fuisse, maxime probabile sit, quod neminem negaturum esse, arbitror, qui modo expenderit, quocunque se vertent coloniae et migrauerint, musas perpetuas fere earum socias ac constantes comites exstitisse *f).* Ipsum denique Herculaneum colonos Romanos accep-
perat, quod non solum ex DIONYSIO *Halicarnassensi* *g)*; sed etiam ex lapidibus monumentisque priscis luculenter patet, quae ciuitatis huius incolis patronos, duumuiros, decuriones aliosque coloniarum pro-
prios magistratus diserte tribuunt *b).* Addo, huius,
quae in Herculaneum agro confedit, coloniae ratio-
nem

de Casilino itidem **CICERO** *cap. 44.* viginti millia ciuium
loco excitato: de Calibus **LIVIUS** *libr. VIII. cap. 16.* de
vix in agrum Campanorum dedu-
xit.
Suestra Aurunca idem *libr. IX.* *f)* vid. **CELLARIUM** differ-
cap. 28. et **VELLEIUS** *lib. I.* *tat. academicis*, p. 365. sq.
cap. 14. de Venafro **PLINIUS**
libr. III. cap. 5. de Calaria **VEL-**
LEIUS *libr. II. cap. 61.* de
Atella **IVL. FRONTINVS** *de*
colonis, p. 102. *scriptor. rei*
agrar. **GOESII**, et **CICERO**
libr. XIII. epist. 7. de aliis alii,
nominatum modo excitatus
FRONTINVS, testantur. Ipse
Cæsar, teste **VELLEIO** *libr. II.* *g)* antiquit. Roman. lib. I. p.
35. Quo tempore id factum fit,
in antiquis scriptoribus inue-
nire non potui.
b) vid. **IVL. CAES. CAPA-**
CIVM antiquit. et *biflor. Camp.*
cap. IX. tom. IX. part. 3. thes.
ant. et biflor. Ital. p. 64. **IAN.**
GRYTERVM p. CCCCXXXIX,
inscr. 6. THOM. REINESIVM

claff.

nem ita fuisse comparatam, vt quemlibet, si modo rem diligentius ponderauerit, facile a se impetrare posse, credam, vt eam non sine litteris fuisse, sibi persuadeat. Erat enim illa, vt omnes rationes ostendunt, non ex infimia populi fece; aut vrbis sorte con-

A 3 flata;

class. VII. *in script.* 15. p. 484. se, multi haud immerito sibi persuadeant. Quando in ipso lapide primariae *splendidissima* Herculenium regionis mentio est facta; verba haec ad regiones illas referendas esse, censent, in quas, Roma vrbis exemplo, Neapolis antiquo tempore fuit diuisa, quoniam in aliis axis, ut ex *CAPACIO*, *REINESIO* aliisque patet, regiones Thermenium et Agathonensium Neapolitanæ commemorata sint. Quamuis ipse in ea sim sententia, ut lapidem hunc ad Neapolitanos; quam ad Herculenses referre malim; ex ipsis tamen designatis his regionibus nihil haec in re confici posse, existimo, quod in alio falso apud *CAPACIVM loco excitato*, *regio Mulinensis* Herculaneis tribuitur. Herculaneum enim, paruum ceteroquin oppidum, in regiones diuisum esse potuit.

flata; sed nobilissima et ad optima quæuis nata quasi
colonia, quæ nihil in noua, ad quam delata fuerar,
vrbe desiderari patiebatur, quod ipsi splendorem;
ciuibus vero laudem adferre eorumque statum felicem
ac fortunatum reddere poterat. Docet hoc egregium
Herculanense monumentum, quod leges de domo-
rum villarumque dignitate retinenda complectitur i):
docet id aliud saxum, præ ceteris memoria dignum,
quo publice Marcis Memmiis Rufis, patri et filio, pro
ornamentis, municipio conciliatis, gratias agunt Her-
culanenses atque inter alia significant, viros hos no-
bilissimos *scholam et chalcidicum ad municipii splen-*
dorem fecisse k): docent porro hoc ipsæ ciuitatis
ruinae, ex quibus non substructionum insanæ mo-
les: inconditi atque informes lapidum acerui ac hor-
ridæ, quæ barbariem redolent, tuguriorum fabri-
cæ emerserunt; sed ædes tam sacræ; quam profa-
næ, publicæ pariter ac priuatae^{l)} ornatisimæ, thea-
trum

i) vid. THOM. REINESI- Etorem supra excitatae disserta-
tione, class. VII. *inscript.* II. p. 475. et *inscriptiones Donianas,* tationis: memoir, sur la ville sou-
ab ANT. FRANC. GORIO edi- terraine, cet. p. 16. aliasque plures.
tas, class. II. num. 66.

k) vid. REINESIVM class. Painter abroad to his friends in
VII. num. 15. p. 484. CAPA- England, Londini, M D C C-
CIVM loc. memorat. p. 66. au- X L V I I I , p. 160. et quæ ex
his

trum *m*), porticus *n*), templa aliaque huius generis ædificia, incredibili opere perfecta ac tot picturis *o*) elegantibus, tot simulacris, statuis, columnis ornata *p*), ut nihil pulcrius, nihil venustius vñquam se vidisse, vñtro fateantur, qui præsentes iucundum hoc spectaculum intueri ac tot illustres maiestatis Romanæ testes ex sepulcro suo prodeentes ac reuiriſcentes coram obſeruare potuerunt. In conspectum fene dabant picturæ, in quibus artem et elegantiam non satis mira-

his litteris clariss. THEOPH. aliis Veronæ MDCCXLVIII. LVDOLPH. MVNTERV S latine interpretatus est comm. lettere del signor Marchese Scipione Maffei.

m) de quo præ ceteris legi meretur illustris. marchio VENVTI comment. supra excitata, part II. cap. 3. p. 78. edit. Germanicæ, quæ Francofurti et Lipsiæ; sive potius Vindobonæ, NDCCXLIX. prodidit. Huic addendi sunt auctor libelli: *memoir sur la ville souterraine*, p. 12. sq. et illustris. marchio SCIPIO MAFFEI in singulare epistola ad BERNARD DE RUEBIS, ita inscripta: *sopra le nuoue scoperte d'Ercolano*, p. 35. quæ vna cum duabus

n) vid. notizie curiose intorno allo scoprimento della città d'Ercolano vicino a Napoli, quæ Veneris MDCCXLVII. literis exprefſe sunt, §. IV.

o) conf. ea, quæ PAVLLVS MAR. PACIAVDIVS differit, in raccolta d'opuscoli scientifici e filologici doctissimi CALO- GIERA, tom. XXXVIII. num. 8. p. 349.

p) conf. illustris. marchion. VENVTI libr. memorat. p. 126. et *memoir sur la ville souterrain*, p. 15.



mirari possunt harum rerum periti et sine satiate iis
delectari se, aiunt libereque confitentur, earum non-
nullas præclaris celeberrimorum, quos recentior ætas
tulit, pictorum operibus palmam facere dubiam, eas
præcipue, quæ Theseum cum Minotauro *q*) et Te-
lephi, Herculis filii, educationem *r*) ob oculos po-
nunt *s*). Prodigant ex Vesuuii cineribus statuæ,
quibus

q) lege, quæ habet veneran-
dus abbas RUDOLPH. VENY-
TI litteris apud cel. GORIVM,
admirand. antiquit. Herculani.
vol. I. symbol. litterar. p. 48. et
quæ ipse p. 129. de hac pi-
ctura præstantissima eruditæ
differt.

r) conf. quæ haec de re nouis
litterar. Florentin. tom. I. an.
M D C C X L . num. 9. p. 138.
commemorantur.

s) picturarum elegantiam et
mirificam, quæ in illis ubique
resulget, artem non satis mi-
rari possunt, quotquot eruta
præstantia haec antiquitatis mo-
nimenta contemplati sunt. In
his ea picturae præ ceteris in
admirationem omnes rapue-
runt, in quibus varii locorum, pitture oltremodo ecclenii?
regionum, fluminum, vrbium
de

ac ædificiorum situs, ad adspe-
ctum præclari, diuersæque a-
mœniſſimarum regionum ac
traetuum formæ ob oculos po-
nuntur. Ex iis vero abunde
nunc constat, ad quantum per-
fectionis gradum et pingendi
ars apud veteres Romanos per-
ducta fuerit, quos adhuc, si

ciusmodi liberales artes cogi-
tamus, in statuis maxime et in

ædificiorum ruinis admirati sumus.

Quantus picturarum nu-
merus, quantauæ ipsarum copia
fit, vel ex his docti cuiusdam
Neapolitani verbis cognosci-
tur: chi puo descrivere a posta
il numero senza numero de' qua-
tri, che sono in quattro stanzo-
ni, ornati da capo a fondo di
pitture oltremodo ecclenii?

quibus olim Herculaneum ita quasi superbiit, ut, qui erutas viderunt, vtrum ingentem earum copiam; an singularum venustatem magis admirarentur, ipsi nescire se profiteantur t). Quot praeconia in exterorum

B litteris

de imaginibus Iouis, manu fulmen tenentis, a capra nutriti, de figuris Herculis Bambini ceterorumque numinum in Neapolitanorum arque aliorum litteris leguntur, et quo ea spe-
stant, quæ de hoc argumento apud cel. GORIVM libro me-
morato, p. 48. 63. 64. piæto-
rem Anglum in clar. MUNTE-
RI parergis, p. 59. apud auctio-
rem porro libelli, inscripti :
memoir. sur la ville souterraine
p. 26. et marchion. VENVTI
libr. laudato p. 126. 139. 146.
sq. habentur; persuadeo tamen
mihi, inter elegantissimas pi-
eturas post illam, quæ These-
um cum Minotauro exhibet,
fine dubio eam quoque esse re-
ferendam, in qua Chiron cum
Achille puer cernitur, et de
qua doctus quidam Neapolita-
nus ad cel. GORIVM ita scri-
bit: offeruai un quadro prezio-
so, esprimente Chirone, che al
fanciullo Achille insegnava sonare

la iira, e i personaggi sono quan-
to al naturale interi, ed il fan-
ciullo e si ben dipinto, che risal-
ta dal muro el muro e curvo,
siccome era la conca a Portici del
teatro. Gia è stato disegnato e
intagliato in rame; ma chi mai
puo egguagliare l' originale? Ob
Die, che bella positura d' Achille,
che gusto, che dispositione mira-
bile delle figure, tom. I. symbol.
litterar. p. 64.

t) de statuis his vide; præ-
ter ceteros, eminentiss. cardin.
ANG. MAR. QVIRINI de
Herculaneo epistolam ad cel. Göt-
tingensium professorem, 10.
MATTH. GESNERVM, Brixiae
ao. MDCCXLVIII. editam, in
qua plenior descriptio excava-
tionis, que in villa Resina sit,
exhibetur. Hac descriptio, ex
Italica lingua in Latinam a clar.
MUNTERO translata, vna cum
ipsa epistola exhibetur in istius
parergis, p. 103. Italice ea quo-
que apud cel. GORIVM legi-
tur

litteris effusa legimus de Herculis, Louis, Mineru^x,
 Veneris aliorumque numinum u): de Tiberii x), Ne-
 ronis, Vitellii y) Vespasiani, Titi z), seminarumque
 augustarum: de togatis porro consularium virorum
 statuis a), quarum multæ vltra hominis magnitudinem
 ad surgunt? Quam mirifice prædicant equestrem No-
 nii Balbi b) statuam, cuius pulcritudinem tantis esse-
 rent laudibus, vt nulla species ne excogitari quidem
 possit ornatior, splendoris ac magnificentior? Quam
 grauiter dolent alii ingentem fractorum et violatorum
 simulacrorum vim, quam ita describunt, vt totum fe-

re

tur *symbol. litterar. vol. I. p. 85.* litteras in *symbol. litterar. Flo-*
Adde illustriss. marchion. ve-

NVTI loc. excit. p. 103. 14C. *rent. p. 55.*
*y) vid. *symbol. litterar. vol. I.**

BELGRADVM epistolis IV. ad *p. 87.* *vid. *symbol. litterar. vol. I.**

virum eruditissimum Scip. Maf- *z) ibid. p. 44. et 154.*
feium, qua Venetiis MDCC- *a) vid. MARCELLVM VE-*

XLIX. editæ sunt, num. II. III. *NVTI et PACCIAUDIVM lo-*

et IV. et laudatum auctorem *cis modo memoratis, p. 41. 68.*
commentationis: memoir. sur *et 71.*

la ville souterraine, p. 30. *b) elegansissima hæc statua in*

u) vid. nou. litterar. Floren- *omnibus fere litteris, a cel.*

tin. tom. I. ann. MDCCXL. num. *GORIO suppeditatis, summis*

3. p. 42. PAVLLVM MARIAM *laudibus efferrur, in primis p.*

PACCIAUDIVM loco supra me- *57. sq. 61. 68. 71. 74. 101.*
morato, et GORIVM admirand. *Adde illustriss. marchionem*

antiqu. Hercul. p. 47. 66. sq. *MAFFEIVM supra laudata epि-*

134. sq. *stola ad BERNARD. DE RYBE-*

x) vid. MATTH. AEGYPTII IS, p. 30.

re Herculaneum oppletum iis fuisse videatur? Hæc vero quum ita sint, quis non videt, Herculaneses omnem suam curam in eo posuisse, vt ciuitatem rediderent ornatisimam? quis ex ruinis non manifeste perspicit colonorum Romanorum æmulationem, qua in congerendis ornamentis patriam urbem exprimere atque ex ista omnem similitudinem ducere studebant c)? Quis tum politiores doctriinas ab his æmulis leuiter habitas sibi persuadebit, in quarum cultura Romani princeps urbis decus atque ornamentum collocandum esse, arbitrati sunt? Quis denique artifices peritissimos, architectos, pictores, atque eximios statuarum fabricatores in hac ciuitate exstitisse; aut, his admissis, ipsas liberales disciplinas, aliarum urbium exemplo, cum artibus his consociatas fuisse, negabit ac, quoad litterarum studia barbariem ibi funestam resedisse, suspicabitur, quam priorum imperatorum tempore ex tot aliis prouinciis ac regionibus: immo ex ipsis adeo, quæ circum urbem hanc fuerunt, villis aliquisque locis proscriptam ac sedibus suis pulsam, læto animo cernimus?

B 2

QVID

c) conf. EZECH. SPANHE. 2. et 5. tom. III. operum, p. 749.
MIVM orb. Rom. p. 68. 77. de 770. et cel. EVERARD. OTTO-
vſu et preſtant. numiſmatum, vol. NEM de adil. colon. et municip.
I. p. 580. IVSTVM LIPSIUM cap. II. p. 45. sq.
de magnitud. Rom. libr. III. cap.

¶

QYID multa? ipsa eius urbis saxa litterata, quæ benignior fortuna per tot secula in terram demersa nostro tempore extulit, rem, a nobis disputatam, extra omnem dubitationem ponunt. Probat id, quod iam **CAPACII** æuo in lucem eductum fuit, insigne huius cœiutatis monumentum *d)*, quo ciues beneficia M.

Mem.

d) est istud apud IVL. CAES. CAPACIVM hist. Camp. cap. IX. p. 64. THOMAM. REINESIVM claff. VII. inſcr. II. p. 484. ANT. FRANC. GORIVM admirand. antiqu. Hercul. §. XX. p. 171. illuſtrissimum marchion. VENVTI descrizion. delle prime scoperte dell' antica città d'Ercolano, part. I. cap. 3. p. 39. et aucto'rem ſupra excitatae commen-tationis: memoir. ſur la vil-le ſouterraine, p. 16. Ipsam hanc iſcriptionem, que ſchola Herculanensis mentionem facit, benignior fortuna integrum nobis feruauit, ſi aliquot verba excepéris, quæ, quod illa fine dubio ob vetuſatem commode legi haud poterant, a deſcribentibus in epte exhibita; a Reinesio autem optimè reſtituta ſunt. In ipſo marmo-re narratur, Marcos Memmios Rufos, patrem et filium, optime de Herculanensibus fuiffe meritos. Celebrantur in illo eorum res præclare gestæ, ad municipio ſingulare deus conciliandum ab iis fuſceptæ. Traditur, illos ſplendidissimis ædificiis cimitatem ornasse, ut ſunt ponderarium, chalcidicum et ſchola; liberales eos ſe in muneribus præbeuiſſe: vitia ponderum correxiſſe neque, ut eo melius ſaluti municipii confuleretur, recuſaſſe, diuiniſſiri prouinciam iterum in ſe fuſcipere. Ut igitur Herculanenes gratum et obſtricatum animum præclaris his vi-ris teſtarentur, iſcriptio me-morat, viſum fuiffe decurionibus, in curia congregatis, de-creto ſancire, ut ipliſ pondere-rum cura, quoad viuerent, com-mitteretur omniaque ea in re-ipſorum

Memmiorum Ruforum, patris et filii, ipsis tributa,
posteriorum memoria sedulo commendant atque in
eorum numerum scholam potissimum, ab iis ædifica-
tam, referunt, ut ex his lapidis verbis: M. MEM-
MIOS RVFOS PEQVNIA PONDERALI ET
CHALCIDICVM ET SCHOLAM SECUNDVM MV-
NICIPII SPLENDOREM FECISSE, abunde intel-
ligitur. Superuacaneum foret, si multum de lapidis
huius loco, quo inuentus est, eam ob caussam disputa-
re vellem, quod REINESIVS e) dubitanter de eo
pronuntiauerit haesitaueritque, vtrum ad Pompeios;
an ad Herculaneum id saxum debeat referri. Omnes
enim norunt, duas has vrbes inter se admodum vici-
nas ac consociatas quasi extitisse f); per consequens
autem summa adest probabilitatis species, quas situs
tamen arte coniunxit, in illis sine dubio artium stu-
diorumque extitisse coniunctionem ac societatem, si

B 3 etiam

ipsorum arbitrio traderen-
tar. Ad hæc publicis laudi-
bus eos dignos iudicabant, ac
decernebant, ut Memmiorum
singularia erga Herculaneanæ
municipium merita oratione
celebrarentur, ipsisque gratiæ
peragerentur pro tot eximis
in hanc ciuitatem collatis be-
neficiis.

e) loco excitato.

f) colligi hoc potest ex PLI-
NIO libr. III. cap. 5. FLORO
libr. I. cap. 16. SENECA libr.
VI. question natural. cap. 1. et
26. aliisque. Adde CHRIST.
CELLARIUM notit. orb. antiqu.
tom. I. p. 844. PHILIPP. CLV-
VERIVM Ital. antiqu. libr. IV.
cap. 3. p. 1154.



etiam alterutra harum urbium publicam scholam non habuerit. Eo tamen maiori iure insigne hoc monimentum Herculaneis adsignare mihi videor, quod ab eorum partibus sterit hac in re **CAPACIVS** ^{g)}, cuius auctoritati multum tribuendum esse, omnes fatentur, cum ob singularem, quam priscis Campaniae faxis diiudicandis atque inter se discernendis adhibuit, curam; tum quod ipse Herculanei situm designauit feliciter et eo loco inscriptionem, de qua disputatur, effossem esse, perhibuit. Quid? quod alia maioris momenti quæstio ab eodem **REINESIO** in medium adferatur, quæ ad ipsam potissimum scholam pertinet, cuius in hoc lapide facta est mentio. Meo quidem iudicio, nisi me omnia fallunt, scholam hanc manifestum litterata ciuitatis indicium esse, arbitror atque in hoc lapide relicta Herculaneum musarum vestigia impressa obseruari, credo; sed longe aliam **REINESIVS** tuetur sententiam. Is enim non ingenuas artes, musas; aut iuuenes, litteris operam dantes, magistrosque, ingenii fingendis formandasque adhibitos; sed ciues otiosos, ambulantes et congressionum caussa hic conuolantes eo in loco, quem *scholam* adpellatam cernimus, inuenisse, sibi vi-

sus

^{g)} antiqu. et hist. Campan. LVM PEREGRINVM de Cam-
cap. IX. p. 64. adde **CAMIL-** pan, felic. diff. II. cap. 23.

sus est. Libens concedo, scholam non ludum solum litterarium designare; sed alias quoque significations voci huic tam in priscis scriptoribus; quam faxis litteratis fuisse adsignatas; nec nego, in antiquis ingeniiorum monumentis scholas scribarum, librariorum et praeconum *b)*, viatorum *i)*, quæstorum et capulatorum *k)*, fabrorum et tignariorum *l)*, militum *m)*, peditum, equitum, ministrorum castrorum *n)*, scutariorum *o)*, speculatorum *p)*, exceptorum, chartulariorum, palatinorum cet. *q)* scholas porro, in balneis

b) vid. GRVTERVM p. CLXXX. *l)* teste GRVTERO p. CLXIX, inscr. 4. FAM. NARDINVM inscr. 6.

Rom. vet. tom. IV. thef. ant. Rom. GRAEVII, p. 877. ALEX. DO- NATVM Rom. vet. ac recent. tom. III. memorati thesauri, p. 334.

i) leg. GRVTERVM p. CLXIX. inscr. 4.

k) conf. p. VICTOREM de region. urb. tom. III. excitati thesauri, p. 37. et SEXT. RV- FVM tom. eod pag. 25. Adde GVIDON. PANCIROLLVM de- script. urb. Rom. tom. III. the- sauri modo laudati, p. 334. FAM. NARDINVM Rom. vet. libr. III. cap. 10. et LVD. COEL. RHODIGINVM lectio[n] antiqua. libr. XXX. cap. 20. p. 1698.

m) conf. VEGETIVM libr.

II. cap. 21. et ex recentioribus

RATBOD. HERM. SCHELIVM

not. ad Hygin. tom. X. thef.

Grævian. ant. Rom. p. 1086.

IAC. GVtherIVM de offic.

dom. Aug. libr. III. cap. 10.

n) vid. HENR. VALESIVM

not. ad Ammian. Marcellin. libr.

XIV. cap. 7. p. 38.

o) ibid.

p) conf. GRVTERVM p.

CLXIX. inscr. 7.

q) leg. SAM. PITISCVM

lex ant. Rom. tom. III. p. 350.

HENR. VALESIVM loc. memo-

rato, p. 38. IO. BAPT. FER-

RETIVM Musis lapidar. p. 142.



neis aliisque locis constitutas ^{r)}, memorari: non nego,
inquam, hoc nomen varia collegia, corpora, ordines ipsa-
que, vbi eorum congresiones fiebant, loca gessisse; sed,
quam ob caussam constans, antiqua ac propria vocis hu-
ius significatio, qua pro ludo usurpatur litterario, deser-
renda si aliaque in hoc marmore arcessenda, nullo pa-
eto me adsequi posse, libentissime fateor. Id eo tutius
adfirmari posse, mihi videtur, quum plurima eiusmodi
scholarum pars eo, quo Herculaneum adhuc stetit,
æuo plane incognita fuit; quæ vero ex illis exstite-
runt, aut *scholarum* nomen non habuerunt ^{s)}; aut ita
non simpliciter appellatae; sed ipsa collegiorum no-
mina vel addita; vel illa alio marmoris eiusdem loco
diserte commemorata sunt. Quando nonnulli ex
chalcidico ^{t)}, quod scholæ adiunctum in marmore cer-
nimus, refutatam hanc de schola sententiam tueri vo-
lunt, insigniter sese fallunt. Primum enim nullo
idoneo testimonio potest probari, chalcidicum, vt
multi quidem sibi persuadent, fuisse officinam num-
mariam,

^{r)} vid. VITRVVIVM libr. quoniam in ipsis ludi litterarii
V. capit. 10. et REINESIVM instituti sunt.
P. 483. inscript.

^{s)} quando porticus nonnun-
quam *scholarum* habuerunt no-
men, factum id esse, videtur, loc. excit. vt omnes rationes
docent, per id ad sinistram
hanc de Herculaneum schola
sententiam perductus est.

mariam, qua pecunia fuerit cusa u), et, vbi id esset satis exploratum, num, quæso, potest ex eo confici, quod chalcidicum hoc scholam attigerit? An num huius pariter atque illius visus communis et ædificium, quod *scholæ* habet nomen, negotiatorum proprium exstittit? Quasi vero non potuissent in uno loco posita fuisse duo ædificia, quorum alterum nullum plane habuit commercium cum altero, ne dicam, quod situs eorum ex ipso, de quo disputamus, marmore probabilis effici; nedium diserte designari nequeat. Ex eo enim, quod duo hæc ædificia in lapide nostro coniuncta compareant, nulla ratione colligi aut potest; aut debet, ea re ipsa quoque exstittisse inter se coniuncta. Deinde, si quid in re dubia statuendum est, chalcidicum porticus genus fuisse, videtur x).

nam aliud ebor. 300 p.
u) vid. TIVL. CAES. CAPA-
GIVM antiqu. et bish. Camp. cap.
IX. p. 64.

x) sunt, qui chalcidica a terra Chalceida adlata, dicta putant, quippe ex qua pavimenta olim ambulatoriorum, uti vocabantur, facta fuerint. Sed unde quæso hæc probantur? Veteres scriptores ne formam quidem ipsorum satis luculentter describunt. Quantum ta-

C. iunpi. id
men ex comparatis inter se
ipsorum effatis colligi licet; ea
ad porticum genus referenda
esse videntur; ita ut ipsa
chalcidici vocabulum modo late
pro quauis porticu, sive ea
humis et in plano, sive in al-
tiori domis parte fuerit: modo
strictè pro mænianorum
quadam specie usurpatum et
porticus quoddam genus, super
fores ædium emens, desi-
gnatum

id quod eo maiori sese tuetur probabilitatis specie, quum ex ipsis Herculanei ruinis pateat, habuisse Herculaneses eiusmodi magnificam multisque elegantibus picturis ornatam porticum y , que cum ea chalcidici structura, quam **VITRVVIVS** designat, haud inepte conferri ac comparari potest. Hæc quum ita sese habeant, alii eodem iure, quo nonnulli ex chalcidico officinam pecuniaæ cudendæ faciunt, locum hunc itidem litterarum et eloquentiæ potissimum studiis Herculanesibus consecratum autumant z , id que eo maiori veri similitudine statuunt, quum no-

gnatum fuerit, in quo deam-chion, MARCELLVM DE VEN-
bulantes constituti foris, con-
spiciebantur. Ira ISIDORVS scoperte dell' antica città d' Er-
vocem hanc accepisse vide-
colan. cap. III. p. 40.

rur. Chalcidicum, inquit, foris y) conf. modo excitat. MAR-
deambulatorium, quod et pe-
ribolon dicitur. Plura vide
apud ALEX. DONATVM
de wrb. Rom. libr. IV. cap. 2.
THOM. REINESIVM var. le-
tion. libr. III. cap. 5. p. 173.
CLAVD. SALMASIVM not. ad antiqu. Herculán. S. XX. p.
Spartian. Pescenn. Nigr. tom. I. 170. et illustriss. marchion.
scripr. hist. aug. p. 677. ADR. SCIP. MAFFEIVM epist. ad
TURNEBVM libr. XVIII. ad-
versar. cap. 34. p. 575. SAM. z) CONF. IVL. CAES. CA-
PITISCVM lex antiquit. Rom. PACIVM et MARCELLVM
tom. I. p. 411. et illustr. mar- DE VENVTI, locis memoratis.

tissimum sit, in basilicis non solum; sed in porticibus etiam, quæ illis adiunctæ fuerunt, ludos litterarios institutos fuisse: rhetores philosophosque se audiendos populo præbuisse ^{a)} atque in ipsis ingenia, in scholis antea facta formataque, vires suas fuisse experta. Si denique chalcidicum, ut probabile est, porticus speciem ac formam retulit, non video, quare id non multorum hominum, qui diuersum vitæ genus amant: qui litteris sese consecrant; aut otium quaerunt; aut mercaturas faciunt, utilitatibus et commodis destinatum fuisse haud potuerit. Et quis, quæso, quum Memmios ponderum Herculaneum vitia correxisse, in lapide legerit, quis, inquam, ex eo suspicabitur, et scholam et chalcidicum ponderum inquisitioni consecratum fuisse? Næ iste vetustos lapides parum se inspexisse, proderet, in quibus sæpe diuersa beneficia, his; vel illis tributa, commemorantur ac coniunguntur, quæ nullo inter se cohærent vin-

C 2 culo.

a) vid. PLINIVM libr. patrem diff. de gymnasitis littorar. vet. Rom. §. V. p. 23. cum HARDVINVM ET DALE-
CHAMPIVM. Adde PLINIVM. Bibliothecas prope porticus po-
sitas fuisse, testatur SVETONIUS
iuniorem libr. I. epift. 22. libr. NIVS vit. Aug. cap. XXIX. §. 9.
II. epift. 14. QVINCTILIA. Leg. SAM. PITISCVM not. ad
NVM libr. X. infit. orator. hunc loc. p. 220,
cap. 5. aliosque apud vener.



culo. Quam ob causam verissimum esse, arbitror, Herculaneses in hoc lapide Marcis Memmiis Rufis gratum et obstrictum animum pro officina bonarum artium profiteri voluisse, quamuis haud definiri posse, libens fatear, vtrum noua eaque prima schola a praeclaris his viris aedificata; an pristina restituta et, vt fere ex lapidis verbis confici posse videtur, splendidior facta sit, quæ fortasse Neronis tempore concidit, quo partem vrbis, grauissimo terræ motu vexatæ, ruisse, et misere conquaßatam descendisse, nouimus b). Atque in hoc splendido ac publico aedificio, non est dubium, quin meritissimi isti viri non solum ludum litterariorum ita disposuerint, vt is publicæ scholæ speciem pre se ferret c); sed etiam

et in eo tempore hoc invenimus ex

b) vid. SENECAE libr. VI. c) priuata enim scholæ non nat. quæst. cap. I. et que de in aedificiis singularibus et eum Pompeiorum eodem tempore ad finem constructis; sed ybi trifibulis fatis TACITVS haber libr. XV. annal. cap. 22. Memmi Ruſi scholam vtrum priuam aedificauerint; an pristinam collapsam restituerint, definiri quidem non potest; posterius vero ex eo quodammodo patere arbitror, quoniam marmor eos scholam ad municipii splendorem fecisse, perhibet.


et in eo tempore hoc invenimus ex

ex patria vrbe arcessendos curauerint, qui iuuenes
artibus liberalibus ad humanitatem informarent; eo-
rumque ingenia praclaris litterarum studiis expoli-

C 3

rent

nus de annuis centenis sanxit, **ERICIO** bibliograph. antiquar.
ad Romanam urbem solum ipse
etasse videntur: vid. **S V E T O N I U M** vit. eius, cap. XVIII. §.
1. 2. p. 973. Sub Antonino de-
mum pio ideoque longe post
tristia Herculanæ fata per
omnes prouincias honores et
præmia amplissima rhetoribus
et philosophis proponebantur,
qua de re videas: **I V S T . L I P -**
S I V M admirandis, tom. III.
operum, p. 842. **I O . C H R I S T E R**.
S A G I T T A R I V M otio Ienensi, diff.
IX. p. 227. **L V D O V . C R E S O L**.
L I V M theatr. rhetor. libr. IV.
cap. 3. **C L A V D . S A L M A S I V M**
not. ad Capitolini Anton. Piüm,
I. script. hist. aug. p. 275.
I S A A C . C A S A V E O N V M not. ad
Sueton. vit. Vespasian. cap. XVIII.
p. 686. ven. patrem diff. de
variis modis litteras colendi a
più veteres Roman. §. III. p. 62.
eius parerg. academ. et diff. de
præmis vet. sōphist. rhetor. at-
que orat. §. III. fq. ib. p. 119.
fq. aliasque a **I O . A L E . F A -**
BRICIO bibliograph. antiquar.
p. 527. commemoratos. For-
tasse Mi. Menimii Rusi, quem
admodum de Plinii et Efici
Caluini liberali erga præcepto-
res voluntate constat, vt ex il-
lis libr. IV. ep. 13. et, quoad
hunc, ex **S V E T O N I O** de illuſtr.
grammat. cap. III. §. 3. patet,
de suo nonnulla stipendia iis,
qui ibi docuerunt, decreuerunt.
Si etiam hanc munificentiam
ipsorum domesticæ rationes
haud rarerunt; nullum tamen
est dubium, quin magna gram-
maticorum copia Herculanum
connolauerit, cum quod ex fo-
nor, ad Capitolini Anton. Piüm,
I. script. hist. aug. p. 275.
lis donis ac præmiis, quæ a pa-
rentibus, quorum filii ipsorum
cura traditi fuerant, accipie-
bant, maximas opes sibi colli-
gere poterant; tum ob amce-
nissimam in Campania viuendi
rationem, quæ nobilissimos
quosquis Romanos ira alliciebat,
vt multi eorum ibi, quam Romæ,
commorari ac vitam agere mal-
lent.



rent ac fingerent: Id autem eo maiori sese commendat probabilitate, quod patroni coloniarum, quales et apud Herculenses fuisse, antiqua laxa docent, principem officii sui partem ad id retulerunt, vt viribus, quarum felicitatis custodes, defensores ac vindices existisse grauissimos, scimus, quaevis ornamenta parerent, atque in primis ciues ad studiorum societatem perducerent eosque a barbarie ad vitam cultiorem atque ab infiditia ad variam doctrinam transferrent. Quid? quod idem negotium et sibi quoque datum esse, existimarent decuriones ac duumviri atque, vt praeter alios recte **IVL. CAES. CAPACIVS** obseruat, sedulo curauerint, vt in urbe grammatici, philosophi ac rhetores essent? Quæ autem quum ita sint, eamdem præclaram curam Herculaneo ornando eius coloniae duumuiros et decuriones adhibuisse, summo iure dicendum esse, videtur atque adfirmandum, eos, aliorum excitatos exemplis, litterarum flore ciuitatis suæ fortunam metiri atque in illarum cultura huius principem felicitatem ponere, solitos fuisse.

RELICTA schola, haud abs re fore arbitror, ad alias quoque descendere infelicis huius urbis ruinas atque in his rimari, quæ calamitosa ac funesta illa sub Tito tempestas depresso; quæ vero per tot secula benigniori fortuna posteris seruata sunt, insignia literatae

teratae ciuitatis monumenta. Nolo autem in præsens
fuse in quorundam narrationes de inuento gymnasio
Herculanensi inquirere, ac, quantum illis fides haben-
da, quantumue pretium sit statuendum, rite definire.
Quamquam enim certe persuasus sum, firmissimum
sane id fore argumentum, quod rem de litterarum
in hac vrbe studiis, a nobis disputatam, extra omnem
dubitatem ponere: quamquam porro litteratum
esse, qui ignoret, arbitror neminem, quod in omni-
bus fere Græciae oppidis ac coloniis gymnasia exsti-
terint *d*), ac per consequens sine omni dubio iam an-
tiquo æquo a Græcis, per Campaniam diffusis, et Her-
culaneum quoque delatis coloniis, ingenii pariter ac
corporis exercitia fuerint instituta; multas tamen præ
me ferre videor rationes, quare scellente se eos putem,
qui gymnasium se inuenisse, sunt arbitrati, quod cum
chalcidico; aut ipso foro ab his confusum fuisse, sum-
ma adest probabilitatis species *e*). Ac de hoc itidem
varia memorare ac monstrare possem, in eo adcusati-
ones pariter ac defensiones sine eloquentia; aut
orationis vi atque arte esse haud potuisse, tempore
imprimis primorum augustorum cæsarum; sed libens

hæc,

d) vid. **IVL. CAESAREM** Et or supra iam excitatae com-
CAPACIVM antiquit. et hist. mentationis: memoir. sur la
Neapol. cap. XIX. p. 150.

e) id imprimis obseruauit au-

mentationis: memoir. sur la
ville souterraine au pied du mont
Vesuve; p. 15.

hæc, ne scriptio nis huius limites transgrediar; prætereo et conseruo me potius ad aliud, ad quod via nos nunc ducit, præstantissimum Herculaneum ædificium, cuius pulchritudinem, in ruinis ceteroquin maxime sepultam, non satis mirari possunt harum rerum periti. Describunt id ita f), ut et eo loco spirantes adhuc in Vesuuii cineribus Campanas musas facili negotio obseruari posse, crederem. Templum ibi fuisse, aiunt, magnificum et inuentam non statuam solum Herculis; sed simulacra quoque elegantissima nonnullarum dearum, sociarum quasi illius nunquam. Has musas fuisse, certissime credo g) cum aliis, et Herculem earum duceni, quæ quidem mira

diuer-

f) vid. litteras JOSEPHI STENDARDI, architecti Neapolitanæ, apud ANTONIUM FRANCIS GORIVM, admirand. antiqu. Hercul. p. 39. STANDARDVS de ipsi inuentis simulacris, eorumque forma nihil fere dicit. Quantum vero ex eius verbis colligi licet, ipsas inuentas statuas neutiquam pro musis habet. Sed non sine magna probabilitate id statuit cel. GORIVS, loco excit. p. 79. Ex ipsis quidem templi ruinis patet, fuisse in ipso, præter Herculis statuam, duodecim eiusmodi simulacra, quorum septem adhuc tantum inuenta atque eruntur sunt. Hoc tamen ipsi de Mufis in medium adlatæ sententiae neutiquam repugnat, quum præter illas et alias simulacra Herculi adiunxit antiquitas, ad quas Juno, Victoria, Minerua, Iobe, Omphale, Hebe et cetera referri plerunque solent.

g) vid. GORIVM, loco memor. p. 109. inde signaturbi

diuersissimi numinum ingenii consociatio; a Romanis tamen vsu confirmata *b)* et apud Herculanenses eo magis probata fuit, quod numen eorum quasi tutelare ac præcipuum Hercules erat *i)* et ipsi per id sine dubio significare volebant, fortitudinem ac belandi peritiam cum humanitatis studiis coniungendam hocque præstantissimarum virtutum commercium religione quoque firmandum esse. Hæc fuit sine dubio Herculanensium persuasio, ex qua facile colligi posse puto, artes liberales in deliciis apud ipsos habitas fuisse, quarum præfides, musas quippe, tam religiose colere venerarie voluerunt. Quis enim illis non officinas paratas suspicabitur, vbi his splendidum ac magnificum consecratum cernit templum?

D

MVL-

b) conf. PLUTARCHVM quest. Röm. LIX. SYETONIVM vit. Aug. cap. XXIX. §. 13. EVMENIVM rhetorem, orat. pro rebus. schol. cap. VII. §. 3. p. 56. panegyric. veter. edit. CELLARI. OVIDIUM libr. VI. fakor. v. 799. Adde ALEX. DONATVM de urb. Rom. libr. III. cap. 15. BARTHOL. MARLIANVM topogr. urb. Rom. libr. V. cap. 9. et SAM. PITISCVM not. ad Sueton. p. 221.

i) patet hoc ex antiquis monumentis ac axis litteratis apud ALEXIVM SYMMAGHVM MAZOCHIVM comm. in mutilium Capani amphitheatri titulum, cap. VIII. p. 148. FRANC. MÄR. PRATILLIVM de via Appia, libr. II. cap. 7. p. 189. 190. et saepius laudatum cel. ANTON. FRANC. GORIVM admirand. antiqu. Hercul. §. VII. p. 14. sq.

MULTA hic obseruanda forent, si singula huius Herculaneensis musarum templi memorabilia contemplari vellem; sed redeundum potius, vnde digressi sumus, existimo, vt ad theatrum iterum veniamus, quod supra iam prætereundo quasi vidimus. Neminem enim puto fore, qui, in theatris ac ludis scenicis artem poeticam olim sedem suam habuisse, ignoraret, ita, vt, quæ de Neapolitanis obseruanit **IVL.** **CAES.** **CAPACIVS** ^{k)}, adparatos ab ipsis ludos in theatro fuisse, a pace et otio non alienos, *poeticæ, mystæ, rhetorices, comœdiarum oblectamenta*, eadem et de Herculaneisibus, quum theatrum habuerunt *l*, summo iure adfirmanda esse, videantur. Quæ quum cogito, in memoriam simul redeunt alia ludorum genera et in primis quinquennales illi ludi, quos in Augusti caesaris honorem institutos fuisse, **SVETONIUS** ^{m)} memoriæ prodidit. Quis vero in his ludis inter alia certamina litteratam pugnam poetarum atque oratorum nescit ⁿ⁾? Quot illustria in illis edebantur

elo-
^{k)} antiquit. et bistor. **Cam-** **naſio Napoletano, cap. IV. de**
pan. cap. XVIII. p. 147. **theatro Neapolitano interpre-**
^{l)} theatri huius folus **DIO** **tatur.**
Casſius, libr. LXVI. p. 756. me- ^{m)} **wit. Aug. cap. LIX. §. 4.**
minit, quem locum in epte PE- ⁿ⁾ **vid. **IVL.** **CAES.** **CAPAP-**
TRYS LASENA dell' antico gin- **GIVM bistor. et antiquit. Nea-**
polit.**

eloquentiae ac poeseos specimina, laude dignissima? quam strenue alter alteri palmam dubiam facere et ingenii sui vires omnibus ostendere ac commendare studebat? Non poterat non in iis prouinciis atque vrbibus litterarum status florentissimus atque exoptatissimus esse, in quibus ipsa ingenia inter se ita certabant ac tantus honos liberalibus artibus tribuebatur, id quod et de Herculaneensibus nostris non sine ratione adfirmari posse, mihi videtur.

SVETONIVS o) enim ludos hos quinquennales pene oppidatum in Augusti honorem factos esse, refert, ut hoc etiam exempla Pergamenorum apud DIONEM *Cassium* p), Cæsarensium et Hierosolymitanorum apud IOSEPHVM q); in primis vero Neapolitanorum apud memoratum DIONEM r), SVETONIVM s), VELLEIVM PATERCVLVM t) ac STRABONEM u) abunde confirmant. Inter hos SVETONIVS excitato loco x) disertis tradit verbis, in prouinciis pene op-

D 2 pida-

polit. cap. XVI. p. 135. ubi fuisse de his ludis et certaminiibus literarioris disseritur: adde SAM. PITISCVM not. ad Sue-

ton. p. 288.

o) loco excitato.

p) libr. LI. p. 458.

q) libr. XV. antiquit. Iudaic.

cap. II. et libr. XVI. cap. 9.

r) libr. LI. p. 456.

s) vit. Aug. cap. XCIX. §. 5.

t) libr. II. cap. 123. §. 2.

u) libr. V. p. 377. edit. AL-

MLOVEENII.

x) vit. Aug. cap. LIX. §. 4.



pidatim ludos hos factos fuisse; ex eo autem facili negotio confici posse, existimo, Neapolitanorum exemplum et reliquas Campaniae vrbes esse sequitas et inter has Herculaneum haud infimum locum eam præcipue ob caussam tenuisse, quod ibi theatrum fuisse, eiusque ciues ludos alios adparasse et in iis animi oblectamenta quaesuisse, compertum habemus. Maxime igitur probabile est, quos voluptatis caussa ludos instituisse nouimus, ab his adparatissimos sine dubio fuisse datos, quum reuerentia erga principem id postulare videretur.

His, quæ de litterarum flore apud Herculaneses memorauit, haud exiguum lucem nonnulli vetusti lapides litterati et statuae accendunt. Ipse inscriptio-nes, quas benignior fortuna nobis indulxit, tam Græca; quam Latina lingua sunt conscriptæ ^{y)} et ita comparatae, vt in multis sermonis elegantiam castitatemque optime seruatam videamus ^{z)}. In his vna,

metri

^{y)} in nonnullis, quæ in agro Neapolitano et finitimis locis reperte sunt, inscriptionibus quoque obseruabis, eas partim Græcis; partim Latinis versibus compositas esse, id quod plerumque indicium est Græ-
ce verbis, quæ colonos Romanos accepit, vt etiam de Herculaneo constat.

^{z)} in primis hue pertinet inscriptio, ibi eruta, apud CAMPACIVM hyst. et antiqu. Camp. p. 34.

metri vinculis ligata, et ad laudem Veneris ita composita est, ut poeticam artem Herculaneenses coluisse, facile ex illa adpareat *a*), quæ vestigia etiam in aliquot inuentis elegantissimis paumentis nobis quodammodo remanserunt, quum in illis heroum res gestæ, ab Homero descriptæ, miro artificio exhibentur. Idem adfirmandum est de variis inscriptionibus Romanis, quae quamvis nihil singulare; aut, quod præ ceteris elegans ac pulcrum sit, complectantur; ita
D 3
a) vid. eminentiss. cardin. ANGEL. MAR. QVIRINVM in relazione del cauamento, che si fa nel villaggio di Resina, qua adiecta est eius epistola ad cel.
 I.O. MATT. GESNERVM, Brixiae, MDCCXLVIII. editæ. Scio quoque, dari nonnullos, qui poetam Archiam ab Herculaneisbus summis honoribus affectum esse, putant, hancque in rem ad CICERONEM pro Arch. cap. IV. prouocant. Non nego, haud obscurum id fore argumentum, ex quo constaret, apud Herculaneenses ingenia estimata fuisse artem poeticam in hac ciuitate et patronos et amatores habuisse; sed turpiter sese fallunt,



tamen sunt exaratae, ut non ab indocta ac litterarum rudi gente profectae esse, videantur. Ipsa saltem marmora euidens nobis præbent argumentum, fuisse in hac ciuitate, qui apte scienterque tam Græce; quam Latine scriberent. Ac de Latinæ quidem lingue vsu, post Græcam in Campaniam delatae, eo minus est dubitandum, quum Græcos in hac regione istam sedulo didicisse; Cumanos vero, Herculanensium vicinos, iam anno urbis conditæ DLXII. senatum Romanum rogasse, nouimus, ut Romana lingua quasi honoris causa vt̄, ipsis licet b). In aliis marmoribus variis nobilissimi viri memorantur, quos liberalibus artibus institutos fuisse, certo scimus: saltem res ipsa ad summam probabilitatem potest perduci. Ita ad oratores Herculanenses maximo iure is est referendus, qui in senatu huius ciuitatis amplissimo c) Meminiorum Ruforum erga coloniam beneficia ac merita oratione celebrauit, eaque multis

laudi-

b) conf. LIVIVM libr. XI. res CCCLXXXIII. qui praesentes fuerunt, numerantur. Eadem insignis tabula exhibetur cap. 42.

c) amplissimum sane fuisse senatum Herculanensem tempore Claudi cæfaris, ex eo patet, quod in tabula ahenea apud CAPACIVM antiquit. et histor. Campan. cap. IX. p. 65. senato-

apud THOM. REINESIVM class. VII. inscript. II. et in inscriptionib. Donianis, ab ANT. FRANC. GORIO editis, class.

II. num. 66. 1370. 1371. 1372. 1373.

Iaudibus extulit d). In eumdem censum cadunt Volusius et P. Cornelius, oratores tempore imperatoris Claudii e): itemque Nonius Balbus, quem extra patriam suam prætoris in vrbe; postea vero proconsulis munere in prouincia aliqua f) perfunctum esse,

d) orationis huius mentionem facit lapis, qui scholam Herculaneensem commemorat, et de quo iam supra disputatum est. Exhibetur ille apud REINESIVM, class. VII. in script. 15. p. 484. aliasque plures.

e) vid. IVL. CAES. CAPA CIVM loco memorato, et memoir. sur la ville souterrain. p. 23.

f) satis constat, quantopere eriticorum ingenia in explicanda hac Herculaneensi inscriptione: M. NONIO. M. F. BALBO. PR. PRO COS. HERCV LANENSES, occupata fuerint et quam diuerso modo pauca haec verba descripta sint, ut ex iis, quæ hæc de re celeberrimi viri, GORIYS, QVIRINVS aliisque commentarii sunt, satis liquet. Caussam huius discri minis haud obscure cel. GO-

RIVS significat: miror, air, quam maxime, perbreue hoc elogium ab eruditis Neapolitanis et ab aliis quoque peregrinis tam multis variisque modis semper exscriptum, et si probe sciam, regio inßu cautum, ne quis exscriberet; vel adumbraret monumenta ipsa, licet publico omnium conspectui exposita, pref. ad Vol. I. eius symbolar. litterar. p. XXI. Quum enim eruta eiusmodi monumenta contemplantibus facultas, ista describendi, denegaretur; nonnulli vero hanc Nonii Balbi inscriptionem, quod breuis illa erat, memoria tenerent, ac domum reuersti, in charram deferrent, orte inde sunt diuersa illæ legendi scribendique rationes, quæ non tam ad verba, quam siglas et puncta spectant, quippe quæ omnium facillime ex animo excide-

◆ ◆ ◆

esse, ex lapide antiquo colligi potest. Atque hunc Nonium Balbum, cui Herculanenses summos tribuerunt

excidere possunt. In primis tertii versus verba vexata misere sunt, nonnullis P. R. PROC. alii PR. PRO. COS. alii porro PR. PRO. C. et aliis denique P. R. PRO. COS. scribentibus. Ex diuersis his scriptoribus illa in primis vera erga germana esse videtur, qua litterae P. R. non separacim; sed, sublato puncto, coniunctim exhibentur. Patet id non solum ex litteris doctri cuiusdam Neapolitani, qui, quum **GORTO** inscriptionem mitteret, de ipsis his litteris *ecco*, inquit, *la vera ortografia sua, ecco la vera pun-tatura giusta*, p. 74. *admirand.* antiqui *Herculani*, sed etiam ex illustrissimi **MAFFEI** ad reue-rendum patrem **BERNARDVM DE RVEIS** epistola, qua^m una cum duabus aliis Veronæ MDCCXLVIII. hac inscriptio-ne tre lettere del Signor Marchese Maffei in lucem prodiit publicam, et in qua doctissimum virum de vera huius lá-

pidis lectione his verbis certiorum facit: *vero e, che fu affi-curato il Marchese Pindemonti, d'esser ricopiata a puntino dall'antica, ne de pictoris Angli litteris, supra excitatis, dicam, in quibus marmor hoc pari ratione exhibetur. Quid itaque mirum, quod in hac lectionum discrepancia inter se quoque ipsae interpretandi rationes, quas eruditissimi viri inierunt, discrepent, quarum plurima pars per se ruit, quum contra lapidis consensum pro vero a-fsumitur, litteras P. R. a se inuicem in ipso marmore separatas esse; nec unam; sed duas voces illas referre. Eo maxime spectant eminentissimi cardinalis **QVIRINI** coniecturae, epistola ad cel. **GESNERVM** in medium adlatæ, quibus modo dictas siglas reddi posse autumat: *Publicæ Rei*; aut *Priuatae Rei*; aut *Principis Rationis*; aut *Patrimonii Rati-onis*. Alii siglas has, P. R. PROC. eadem*

runt honores, ipsique elegantissimam illam, cuius iam supra mentionem feci, statuam posuerunt, merito litteratis viris Herculaniensibus ad numero, quum is ille esse videtur, qui anno yrbis conditæ DCCXXII. Cæsarem contra C. Sosium, vna cum Cn. Domitio Ahenobarbo eo anno consulem, eiusque criminaciones defendit *g)*, idque eam potissimum ob caussam, quod neminem iis temporibus sola naturali vi sine rubore ac pudore verba publice facere, sibi sumisse, certa persuasus sum sententia.

AD præclaros hos viros Appium Pulcrum, cui Herculanienses itidem statuam; vsque adhuc tamen

E non-

eadem falsa lectione innixi, interpretantur: *Puteolanorum Reipublicæ Procuratori*; seu *Pompeianorum Reipublicæ Procuratori*; itemque *Populi Romani Procuratori*. Omnia maximam probabilitatem habet interpretatio MAFFEII, loco citato, p. 30. sq. et cel. 10. CASP. HAGENBCHI, epist. epigraphic. de diptycho Brixiano Boethii consulis, p. CLXVIII. Vterque figlas P. R. coniungit et contrahit, autumatque; Nonium Balbum prætoris munere Ro-

ma perfundit, postea in provinciam aliquam missum ibique proconsulis dignitate ornatum fuisse. Provinciam hanc Cretam cum Lybia Cyrenaica fuisse, suspicatur illustrissimus marchio, hancque in rem ad alium Herculanei effosum lapidem prouocat, in quo verba legimus:

g) vid. DIONEM Casium, libr. L. p. 419.



nondum inuentam, statuerunt ^{b)}, merito adiungo, quum omnes norunt, Claudiam gentem, ad quam Appius ille Pulcer sine dubio pertinuit, politioris doctrinæ et eloquentiæ in primis laude extitisse florentissimam, quemadmodum id satis de Appio Claudio ⁱ⁾: Appio Claudio Pulcro, Appii Claudi pulcri filio ^{k)}: C. Claudi. Pulcro ^{j)}: Appio Claudi. Pul-

^{b)} id enim patet ex basi statuæ, in Herculis Musagetæ templo inuenta, apud GORTVM admirand, antiqu. Hercul. p. 107. ex qua nonnulli non sine causa collegerunt, fuisse hunc Appium Pulcrum tempi huius aut antæorem; aut restituorem. Quis ille *Appius Pulcer* Herculensis fuerit, certe definiiri posse, non credo, id quod in tanta Appiorum et Caïorum Pulrorum multitudine, qui ad Claudiam gentem pertinuerunt, eo difficilius est; quo minus atatem huius maroris compertam habemus, GLANDORPIVS onomast. hist. Rom. p. 226. Appium quemdam Pulcrum commemorat, cuius CICERO orationibus pro domo: pro Plancio atque in Verrem IV. et VI. itemque PLI-

NIVS libr. VIII. cap. 7. mentionem fecerint, quique, M. Antonio et Postumio consuli- bus, edilis, nec non prætor atque anno DCLXXII. consul fuerit. Sed, vnde probari potest, hunc Appium Pulcrum esse eundem cum illo, cuius supra memorati scriptores meminerunt? Ex Claudia enim gente patet, plures fuisse Appios Cladios Pulcos, Caïorum filios.

ⁱ⁾ vid. VALERIVM MAXT- MVM, libr. VIII. cap. 13. et CI- CERONEM de clar. orator. cap. XIV.

^{j)} vid. CICERO loc. citi. cap. XXVIII.

^{k)} consularem dignitatem natus est an. DCLXII. vid. CI- CERONEM ibid. cap. XLV.

cro, fecero Bruti et fratre P. Claudi filioque Appii
 Claud. Pulcri *m*), deque aliis constat, quos omnes
CICERO eloquentiae nomine laudat, quumque no-
 ster, sine dubio ex hac stirpe ortus, coloniae Hercu-
 lanensis patronus fuit; aut alio amplissimo munere
 in hac ciuitate perfunditus est, nullo pacto adsequi
 me posse, fateor, quomodo is in tam splendidissima
 hac familia solus exstistisse potuerit, qui ad eamdem
 classem cum C. Mario, face illa civilis belli, referri
 debuisset, cuius barbara et horrida vox apud **SAL-**
LVSTIVM *n*) est: **GRAECAS LITTERAS NON DI-**
DICI. Idem statuendum est de L. Annio, L. filio,
 cuius marmorea statua Herculanei inuenta est vna
 cum inscriptione, a LVD. ANT. MVRATORIO *o*) ex-
 hibita, ne aliorum marmororum mentionem faciam,
 quae abunde docent, Anniorum familiam in tota Cam-
 pania celeberrimam ac omnium fere meritissimam
 fuisse, ut ex inscriptionibus **GVDIANIS**, ab **HESSE-**
LIO editis *p*): ex illis porro, quas **MAZOCHIVS** *q*),

E 2 quas

m) gesit is, consulatum an. *o*) p.DCCLXXIX. et MMXXI.
 DCC. Laudat eum eodem libro *inscr.* I. XI. *p*) p.LXXXIII. *inscr.* 9.
CICERO cap. LXXVII. vid. *q*) de **Campan.** *theatr.* cap.
 IAC. PROVSTIVM not. ad *n*) bello **Iugurth.** cap. LXXXV, VIII. p. 157.



quas GRUTERVS ^{r)}, quas cel. GORIVS ^{s)} exhibent,
atque ex tabula insigni ahenea Canusina, post IAC.
SPONIVM ^{t)} et RAPHAEL. FABRETTVM ^{u)}, a IO.
LAMIO edita ^{x)}, quæ in museo VINCENT. MAR.
RICCARDII Florentiae est, abunde liquet. Excurre
re quoque hic possem ad alias familias Herculane
num nobilissimas, quæ in saxis litteratis commemo
rantur, nominatim ad Viciaram, Atiliam, Attiam,
Volusiam, Corneliam aliasque, a GORIO ^{y)} recens
tas; sed taceo de iis, quum quivis, me haud monen
te, intelligat, qui in his nobilissimis familiis exstite
runt, de Herculanesibus meritissimos viros littera
rum ac liberalium artium rudes atque indoctos eo
minus esse potuisse, quo exploratus nobis est, nem
inem, priorum imperatorum æuo, quo Herculaneum

maxime

^{r)} p. DCLXVIII. *inser.* 6.
^{s)} admirand. antiquit. Her
cul. p. 125.

^{t)} in miscellan. erud. anti
quit. *secl.* VIII. p. 280.

^{u)} *inscript.* cap. IX. num. 9.
p. 998. Eiusdem tabula men
tionem fecit HENR. NORI
SIVS epib. consular. tom. II.
operum, p. 993.

^{x)} sub inscriptione: IOAN
NIS LAMII in antiquam ta
bulam abenam, decurionum no
mina et descriptionem continen
tem, obseruationes, Florentiae,
MDCCXLV. Contra has ob
seruationes prodierunt lettere
critiche scritte da un accademico
Fiorentino a un' accademico
Etruso, Luccæ, MDDCXLV.
^{y)} loco excitato, p. 155.

maxime floruit, tam Romæ; quam in prouinciis veram laudem consequi: honores in republica affectare; aut munera amplissima obire ac de ciuibus bene mereri potuisse sine litterarum studiis. Quis, quæso, apud tot viros nobilissimos, quorum statuæ erui cœptæ sunt: tot alios dñumuiros: decuriones ac patronos huius coloniæ: apud illos porro CCCLXXXIII. senatores Herculanenses, quorum in lapide antiquo z) mentio fit, barbariem resedisse, autumabit, quam hac tempestate vbiuis fere proscriptam et exsulanter cernimus? Quis eam solum in nostra hac ciuitate remansisse, vlo pacto sibi perstudebit, quam larga ac fausta litterarum Romanarum lux vndique circum istam dispulerat, ac dissipauerat?

ANNON hæc omnia, vbi coniunctim expenduntur, argumenta rem de litterarum studiis apud Herculanenses, a nobis disputatam, extra omnem dubitationem ponunt eamque non probabilem modo; sed maxime certam efficiunt? Facili negotio, si opus esset, alia litteraræ ciuitatis vestigia, in lapidibus relictæ, possem ostendere; sed lubens ea, quum breuitati stu-

E 3

deo,

z) vide litteras MARCELLI aliorumque apud GORIVM
et RVDOLPHI VENVTI, admirand. antiqu. Herculanens.
PAVL. MAR. PACCIAUDII p. 42. 45. 68. 71. et 155.

deo, transmitto, et addo solum, in Herculanei ruinis
inuentam Ciceronis elegantissimam statuam^{a)}, mani-
festum nobis præberé argumentum, aestimata ab Her-
culanensibus præstantia ingenia atque in summo ho-
nore habita fuisse. Solebant enim tam Græci; quam
Romani virorum doctissimorum, philosophorum, rhe-
torum, grammaticorum poetarumque imagines ac
statuas in bibliothecis, gymnasiis aliisque musarum
sacrariis publice non solum ornatus caussa; sed eo
potissimum consilio statuere, ut reverentiam suam
erga ipsos per id significantem commixte exemplia,
que in accendendis ingenii plurimam vim possi-
denter, ad imitandum quasi proponerent.^{b)} En igi-

- ^{a)} vid. epistolam pictoris, LIX. vit. Tiber. cap. LXX. vit. ex Anglico in Latinum sermo- Calig. cap. XXXIV. ac de il-
nem translatam apud MVN- lufr. gramm. cap. IX. et XVII.
TERVM, parerg. p. 55. 56. MARTIALEM pref. ad libr. IX.
^{b)} vid. CICERONEM libr. epigram. SENECAM de tran-
IV. epif. 9. ad Attie. PLINI- quill. autm. cap. IX. VALERI-
VM libr. VII. hist. nat. cap. 30. VM MAXIMVM libr. VIII. cap.
libr. XXXIV. cap. 5. libr. XXXV. IV. §. 2. PHILOSTRATVM
cap. 2. 3. et 5. ciusque fororis vit. sepiet. libr. II. num. 9. R.
filium, libr. IV. ep. 28. libr. 582. SIDONIVM APOLLINA-
VII. epif. 37. libr. X. epif. 85. REM libr. IX. ep. 16. aliosque
HORATIVM libr. I. sat. 4. plures apud EDMUNDVM FI-
SVENTONIVM vit. Aug. cap. GRELIVM de statuis, cap. XXIV.
P. 296.

tur Herculeneses nostros, qui patrem eloquentiae tanto prosequuntur studio: qui summos honores ipsi tribuant: qui eius doctrina capi delectarique se, publice per id proficiuntur; qui ejus exemplo aliorum, qui ibi litteris sese consecrant, ingenia excitare atque inflammare, maxime student: qui statuam ipsi ponunt eamque sine dubio in illustri, musis consecrato, loco, in bibliotheca quippe; aut in gymnasio collificant. *ad* Ipse Cicero, si otii et litterarum causa ad Pompeianum suum, ubi villam habebat, secederet, Herculanum transibat *c)*; quæ vero quum ita sint, facile concipi potest, qui eum tantopere coluerunt, eos, quum præsens esset; aut non longe ab urbe in villa sua commoraretur, nullam prætermisit occasionem, cum conueniendi: reuerentiam erga ipsum testificandi atque ex ejus consuetudine ac doctissimis sermonibus insignes fructus percipiendi.

ad ADDO, Herculanensis amplissimam olim datam fuisse occasionem, in litterarum studiis optatissi-

mas
p. 206. sq. SAM. BITISCVM de biblioth. cap. X. tom. III. oper.
not. ad Suetonium, p. 287. § 80. p. 1137. ac venerandum pa-
et 1073. FRANC. IVNIVM de-
pictur. libr. II. cap. 8. IOANN.
LOMEIERVM de bibliothecis, *c)* patet id ex libr. VII. epist.
cap. XIV. et IUST. LIPSIUM 3. ad Atticum.

◆ ◆ ◆

mas faciendi progressionēs. *propositio* Habebant illi urbem Neapolim admodum vicinam, quam MARTIALIS per eminentiam adpellat *doctam d*); nec immerito ipsi eximiam hanc laudem tribuere videtur ob praestantia illa, quæ omni tempore fuit altiusque, ingenia, domestica pariter ac aduentitia, uti hoc nobilissima Virgilii, Horatii, Claudiani, Lucilii, Gellii, Statii *e*) aliorumque nomina satis superque demonstrant. Taceo de philosophis, quorum ingenio ac fama vrbs nobilitata fuit, deque ingenti poetarum aliorumque doctissimorum virorum numero, quum illorum peregrinationes sacras ad sepulcrum Virgilii, ad quod totæ cohortes, quasi ad sanctum locum, conuolare solebant *f*); horum vero litteratos secessus, per astatem institutos, omnes norunt *g*). Idem de aliis, quæ circum

d) vid. *IVL. CAES. CAPA. CAMILLVM PEREGRINVM CIVVM antiquit.* Neapol. p. 151. *loc. modo memorato*, p. 192.
e) vid. *cumdem, loc. excitato* *IVL. CAES. CAPACIVM antiqui, et hist. Camp. cap. II. p. 19.*
et adde CAMILLVM PEREGRINVM de Campan. felic. diff. *et CHRIST. CELLARIVM notit. orb. antiqui, tom. I. p. 843.*
IV. tom. IX. part. I. thes. antiqui. et hist. Ital. GRAEVII, *g) vid. CAPACIVM antiqui.*
P. 534. *et hist. Neapol. p. 12. 13. et*

J) vid. PLINIUM libr. III. PEREGRINVM libr. memorat.
ep. 7. STATIVM libr. IV. filiu. *p. 532. GEORG. GREENIVM*
carum. 4. v. 52. aliquosque apud de ruficat. Rom. tom. I. thes.
Sallier.

circum Herculaneum vnde posita fuerunt, urbis dicendum esse, videtur. Ita Capua non solum instructissimas habuit olim bibliothecas *b*); sed et omni tempore viri, eruditionis laude florentes, ibi commorati sunt, ex quibus Eprium Marcellum *i*), Publ. Aelium *k*), Caium Numitorium Callistratum *l*), Postumium *m*) et Dionem *n*) nominasse sufficiat, ne aliorum nobiliorum grammaticorum mentionem faciam, quorum memoriam saxa litterata passim nobis conseruarunt. Ita quoque eo loco, ubi Palæopolis vrbs stetit, quæ hanc dubie pars vetustæ Parthenopes et eodem prope loco, quo Neapolis, sita fuit, eru-

F ta

Sallengriani, p. 681. Ex anti- et TACITVS passim mentio- quis scriptoribus de secessibus nem fecerunt.

his Campanis testantur; CI- k) vid. marmor apud cel- CERO libr. I. ep. 15. ad Attic. ANT. FRANC. GORIVM ad- libr. I. de orat. cap. 7. libr. III. mirand. antiqu. Hercul. vol. I. de finib. c. 2. SVETONIVS vit. symbol. literar. p. 78.

Aug. cap. LXXII. §. 5. vit. Ca- l) eius memoriam seruat an- ligule, cap. XLV. §. 6. et STA- tiquus lapis apud CAMILLVM TIVS libr. IV. filii. carm. 4. v. PEREGRINVM loco modo ex-

I2. PLINIUS libr. I. ep. 13. citato, p. 533.

libr. II. ep. 17. libr. IV. ep. 23. m) teste SVIDA lex. voc.

libr. III. ep. I. libr. VII. ep. 25. Noſt̄mos tom. III. p. 161. ed.

b) vid. CAMILL. PERE-

KVSTERI.

GRINVM loc. memorat. p. 534. n) vid. XIPHILINVM libr.

i) eius auctor de clar. orator. LXXVI. p. 860.



ta sunt elegantissima Græca epigrammata, lapidibus sepulcralibus incisa aliaque marmora, quibus nomina virorum doctorum inscripta legimus o). Surrentum itidem in ea vicinitate positum p), cuius vel ideo hic mentionem facio, quod L. Crasfitium, celebrem grammaticum et criticum, hinc Romam accersitum, S V E T O N I V S q) tradit. Addo Cumas, peruetustum oppidum, non procul ab Herculaneo situm, vbi, præter Pompilium Andronicum grammaticum r), Petronium commoratum esse, ex T A C I O s) discimus. Et quid de villis illis ornatissimis dicam, quibus Herculaneum nostrum septum quasi fuit, de villis quippe Marii et Luculli r), Quinctiorum et Corneliorum prope Suesiam u); de illis porro, quas Misenum inter et Puteolos ob litterarum studia: ob nobiles ibi

Baianas

o) conf. I V L. C A E S. C A P A C I V M antiquit. Neapol. p. 25. cap. VIII.

et 117.

p) vid. eundem antiquit. et bistor. Camp. cap. XIII. p. 89.

CHRIST. C E L L A R I V M notit. orb. antiqu. p. 847. et PHIL.

C L U V V E R I V M Ital. antiqu. libr. IV. p. 1161.

q) de illustr. grammaticis, cap. XVIII.

r) conf. S V E T O N I V M ibid. cap. VIII.

et 117.

s) libr. XVI. annal. cap. 19. §. I.

t) leg. eundem libr. VI. cap.

so. et S V E T O N I V M vit. Tiberii, cap. LXXIII.

u) vid. de iis I V L. C A E S. CAPACI V M ant. et hist. Camp. p. 161.

Baianas thermas x): ob varias quoque turpes atque
inhonestas voluptates y) constitutas esse, nouimus,
et ex quibus villæ in primis Iulia Mammææ, C. Iul.
Cæsaris, Pompeii, Domitiani, Pisonis aliorumque ab
antiquis scriptoribus z) laudantur. Notissimæ in primis
sunt villæ Ciceronis Campanæ, vel eo nomine a
me commemorandæ, quod per eius in villas has se-
cessus litteratos benignior fortuna nostris Herculane-
nensibus amplissimam facultatem offerebat, ab isto,
omnis fere elegantioris doctrinæ antistite, multa di-
scendi atque egregias ad litterarum studia, ex puris
his limatissimisque fontibus haurienda, faciendi
progressiones. Eo spectat Pompeianum in primis ac
Puteolanum nostri Ciceronis a), illud Pompeiis et
Herculaneo proximum; hoc vero prope Puteolos in
Herculanensium agrorum confiniis, et litori imposi-

F 2 tum,

x) CONF. SILIVM Italicum p. 272. ed. POTTERI ET SE-
LIBR. XII. v. 114. FLORVM NECA epif. LI. patet.

libr. I. cap. 16. MARTIALEM

libr. XI. epigr. 80. ET SENE-

CA M epif. LL.

z) hos percenset sèpius lau-
datus CAPACIVS loc. excita-
to, p. 204.

y) UT EX HORATIO libr. I.
ep. 15. CLEMENTE Alexan-
drino libr. III. paedagog. cap. 5.

a) libr. VII. epif. 4. ad fa-
mil. libr. XIV. ep. 17. 18. 19.
ad Atticum.



tum b), vbi constituta erat celebris illa eius academia, librorum ac statuarum praestantium adparatu instructissima c). Laudat eam ipse tamquam optimam liberalium disciplinarum officinam: laudant et omnes, qui eius ex antiquis scriptoribus mentionem fecerunt, ac libere confitentur, patrem illum eloquentiae, Platonis hac in re æmulum, in amoenissimos illos hortos omnes fere musas traduxisse omnesque litteratos eo, tamquam ad tutissimum confluxisse portum. Taceo de Trebulano inter Capuam et Suefullam: de Cumano, ad lacum Lucrinum posito: de Formiano, Caietam inter ac Formias sito, ac solum obseruo, ex his Ciceronis pariter atque aliorum villis, quæ in ea vicinitate fuerunt, Herculaneses maximum fructum percipere potuisse, non solum, quod in illis familiaritate ac consuetudine doctissimorum Romanorum frui poterant, qui cateruatim quasi æstate

per

b) vid. PLINIVM libr. XXXI. cap. 1. 2. Villæ illæ, quæ litoria impositæ erant, a Romanis maxime æstimabantur: confSAM. PITISCVM not. ad Suetonium, p. 316.

c) de hac academia et impressis insigni, quæ ibi fuit, bibliotheca differit CAPACIVS antiquit. et histor. Camp. p. 233. Ex statuis, quæ ibi exstiterunt, superest elegantissimum Venetis simulacrum, descriptum ab ANTOR. FERRO adparat. statuar. Cumis inuentar. cap. XI. tom. IX. part. 4. p. 37. thes antiquit. et histor. Ital. GRAEVII.

per Campaniam sese diffundebant; sed etiam ob præstantissimas bibliothecas, quæ præcipuum villarum Romanarum in Campania ornamentum extiterunt. Ita CICERO, in Cumano quum esset, pasci se bibliotheca Fausti, Attico suo scribit d); ipse vero omnium optimam bibliothecam; multis ornamentis præditam, in Puteolano suo, vbi eius academia fuit, possidebat e). Capuæ multas fuisse bibliothecas, CAMIL-

F 3

LVS

d) libr. IV. epist. 9.
 e) academiæ huius, et, que
 in illa fuerunt, statuarum alio-
 rumque ornamentorum CICE-
 RO pasim litteris ad Atticum
 mentionem facit, qui eorum,
 in Graecia porisimum, conqui-
 rendorum curam in se susce-
 perat. Ita libr. I. epist. 3, in-
 quiruit, quod ad me, de Hermathe-
 na scribis, per mihi gratum est
 ornamentum academia proprium
 meæ, quod et Hermes, commune
 omnium et Minerva singulare est
 eius gymnasii. Quare velim, ut
 scribis, ceteris quoque rebus quam
 plurimis cum locum ornes. Que
 mihi antea signa misisti, ea non
 dum vidi: in Formiano sunt,
 quo ego nunc proficiisci cogita-

bam, illa omnia in Tusculanum
 deportabo; epistola vero 5. tu
 velim, si qua ornamenta
 $\gamma\mu\mu\alpha\sigma\tau\omega\delta\eta$ reperire poteris,
 que loci sint eius, quem tu non
 ignoras, ne prætermittas, id quod
 et sequenti his verbis confir-
 mat: *Hermæ tui Pentelici cum*
capitibus æneis, de quibus ad
me scripsisti, iam nunc me admo-
dum detectant. Quare velim et
 eos, et signa, et cetera, que ti-
 bi eius loci; et nostri studii, et
 tua elegancia esse videbuntur,
 quam plurima, quam primunque
 mittas et maxime, que tibi gym-
 nasi xylostique videbuntur esse:
 iremque: signa Megarica et
 Hermes, de quibus ad me scrip-
 sti, vehementer exspecto. Quid
 quid

LVS PERÉGRINVS f) probat; de Silio autem Italicō compertum habemus, in villis eius Campanis, Herculanei vicinis, teste PLINIO g), fuisse multum vbi-que librorum, multum statuarum, multum imaginum eumque transfigisse dies doctis sermonibus et carmina scripsisse. Idem de Plinio maiori eiusque sororis filio dicendum esse videtur. Vterque erat Miseni, quod oppidum Cumis proximum ideoque haud longe ab nostra vrbe positum fuit, vbi ille classem Misennensem imperio regebat. Litteris vterque dabat operam, quam iunioris Plinii mater nuntiaret, adparere nubem

quid viusdem generis habebis, dignum academia tibi quod viderit, ne dubitaris mittere.

f) de Campan. diss. IV. p. 534.

g) libr. III. ep. 7. vbi: doctissimis sermonibus, ait, dies transfigebat, quum a scribendo vacaret: scribebat carmina maiore cura; quam ingenio: nonnunquam iudicia hominum recitationibus experiebatur. Nonisime, ita suadentibus amis, ab urbe secessit sequē in Campania tenuit, et paullo post: erat Φιλόταξ usque ad emacitatis reprobensionem. Plures iisdem in locis villas possidebat, adamatis-

que nouis, priores negligebat. Multum vbiique librorum: multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo; verum etiam venerabatur. De his SILLI Italici in Campania villis MARTIALIS libr. XI. epigr. 49. canit:

*Silius hec magni celebrat monumenta Maronis,
iugera facundi qui Cicero-
nis habet.
heredem dominumque sui tu-
mulique larisque:
non alium mallet nec Ma-
ro; nec Cicero.*

nubem inusitata et magnitudine; et specie, funesta illius exhalationis prænuntiam, quæ præstantissimum virum, maiorem illum Plinium, quum ad miraculum hoc visendum, deductis quadrirēmibus, iusto propius accessisset, suffocauit; Pompeiis vero et Herculaneo tristem intulit euersionem *b)*, excitato grauissimo terræ motu, adeo, vt terra discederet et uno quasi impetu duas hæc nobiles vrbes in illum hiatum miserandum

b) id ex his **PLINI** VER-
bis luculenter colligitur: *quam-*
uis pulcherrimarum clade terra-
rum, ut populi, ut vrbes, memo-
rabilitè easf, quasi semper viçiu-
rus, occiderit, et multum ta-
mam perpetuitati eius scriptorum
iuorum aeternitas addet, libr. VI.
epist. 16. ubi auunculi sui obi-
tum fuso describit. DIO CAF-
fus libr. LXVI. p. 755. incen-
dium hoc Vesuvii montis eru-
pisse, obseruat sub autumni
tempus, et πῦρ γένει πύρα, in-
quit, κατ' αὐτὸν τὸ Φθινόπωρον,
nam sub
autumni tempus ingens incendi-
um excitatum est, id quod 10.
MASSONVS vit. Plin. p. 26. ad
ann. urbis conditæ DCCCXXXI.
christianorum autem LXXIX.

vt iam supra memoraui, refert.
Ad ipsa recitata **DIONIS** ver-
ba cel. **GORIVS** p. 19. hæc ob-
seruat: *tuxta Iul. Caesaris ratio-*
nes, aequinoctium autumnale
XXIV. septembribus inibat. Itaque,
ſe Vesuvius κατὰ τὸ Φθινόπω-
ρον, hoc est, ut optime Leuenclä-
uus et Tillemonius obseruant:
autumno iam ad exitum vergen-
te, ardore caput, Herculanei cla-
des ad nonembrem mensem spe-
lauerit. Hæc temporis desi-
gnatio conuenit cum nonnul-
*lis antiquis **PLINI** codici-
bus, in quibus diserte legitur:*
*nou. kal. id est: Kal. nouem-
bris hora dii sere septima,*
pro quo in multis auctoris hu-
ius editionibus est: nono ka-
lend. septembribus.



randum in modum descenderent. Atque ex his satis superque patet, Herculaneum nostrum optimis litterarum præsidii instructum fuisse.

POSSEM plura litterarum vestigia indicare; sed sufficient hæc, quæ tam in ruinis calamitosæ huius vrbis; quam eius confiniis monstrata a me sunt, manifesta Campanæ doctrinæ indicia. Fatebuntur mecum omnes, in his cauernis satis luculenter compare effigiem veterum eius ciuitatis ac totius regionis musarum, a quibus nemo tam auersus erit, qui non eas omnes ex pumicibus ac puluere Vesuuui feliciter educi: qui non mandari monumentis æternum illarum præconium, facile cuperet: qui non ex illis multa incrementa litterarum optaret studiis, multasque subsidiorum accessiones, quas non leues adhuc fuisse, et in posterum futuras esse, certo scimus. In dies enim fere, vt Neapolitanorum aliorumque litteræ testantur, præstantissima effodiuntur antiquitatis monumenta ac litterata saxa *i)*, quæ omnium quidem

i) id ex multis Italorum, quæ, in dies augeri insignibus præfertim Neapolitanorum, litteris, a GORIO symbol. litterar. vol. I. p. 39. sq. exhibitis, patet. Ipse ibid. p. 7. scimus, in-

monumentis, ibidem inuentis, museum incluti Caroli Borbonii, vtriusque Sicilia regis. In litteris doctissimi MATTHIAE AEGY-

dem oculis exposita sunt; ne tamen a curiosis, qui
huc aduolant, describantur et singulatim modo ab
his: modo ab aliis in lucem emituntur publicam,
sapientissima lege cautum fuit. Arcentur omnes,
qui, non vocati, in fœcundam hanc messem falcem

G suam

AEGYPTII, p. 55. hæc ha-
bentur: nella real villa di Por-
tici si continua il cavamento con
felicità, quæ et confirmantur
in descriptione excavationis, quæ
in villa Resina sit, addita episto-
la eminentiss. Cardinal. ANG.
MAR. QVIRINI ad cel. 10.
MATH. GESNERVM, Brixie
MDCCXLVIII. editæ, vbi au-
tor, si cauerano, inquit, da
tempo in tempo l' altre simili
statue, e si porranno sotto gli
archi di questo gran palazzo
reale di Napoli. Idem hoc ita
testantur aliae Neapolitani cu-
iisdam ad Gorium litteræ,
symbol. litterar. p. 100. suppe-
ditare: in quanto alle mara-
vigli, che si scavano ad Ercola-
no, posso dirle, che sempre più
crescono, e non si scava mai, che
altre cose più belle sempre più
non si discoprano. Ex his tuto
colligi potest, quam insignem

prouentum adhuc sperare de-
beant antiquarum rerum ama-
tores, quem et utilissimum fo-
re, ea, quæ iam eruta sunt,
præstantissima faxa ac marmo-
ra litterata abunde ostendunt.
Ita doctus quidam Neapolita-
nus confirmat apud GORIVM
p. 65. ex effossis his inscrip-
tionibus fœcundissimam ad-
modum messem esse speran-
dam, maximamque antiquitati-
bus earumque variis, adhuc
non rite intellectis, momentis
accendi lucem posse. Id pater
ex nonnullis inscriptionibus
Herculanensibus, quarum de-
signatio benigniori fortuna in
manus illustrissimi marchion.
MAFFEI incidit, quasque sub
finem huius commentationis
vna cum aliis pluribus exhibe-
mus. Multa de iis dicenda essent
et obseruanda, vbi id locus et in-
stituti ratio iam permitteret.



suam immitttere volunt et, quamquam per id optimarum harum rerum usus ad tempus antiquitatum amatoribus denegatur k); longe tamen optatior erit earum prouentus, si regis auspiciis, iussu ac sumitibus coniunctim prolati fuerint omnes isti veteris maiestatis ac elegantiae Romanae sempiterni testes ac praecones. At, quam splendidam tum accipient musae haec Campanæ faciem: quam magnifica ornata veste in conspectum prodibunt, quas ipse potentissimus utriusque Siciliæ rex, CAROLVS, tanta clementia amplecti-

k) id non solum GORIVS ac custodiri possunt, adfirmant præsat. ad vol. I. symbolar. litterar. p. XXI. tessellatur, ac regio ius iusti caurum fuisse, memorat, ne quis exsiceret; vel adumbraret monumenta ipsa, licet publico omnium conspectui exposita; sed parer id quoque ex variis Neapolitanorum litteris, in memoratis symbolis, in primis ex illis, quæ not. XII. p. 58. leguntur, ubi auctor earum *tutto*, air, si tiene ferrato e con mille cautule. Id in primis de rebus magni pretii, auro vel argento constatis, atque aliis, quæ commode in palatium transferri ibique claudi

alia litteræ, quæ sunt notit. XIX. p. 75. et quæ de aurea inuenta statua Louis, adhuc nemini facile monstrata, loquuntur. Ita, vt et hoc addam, eminentissimus QVIRINVS supra memorata epistola narrat, repertum quoque esse librum quatuor tabularum et æneorum quidem, qui honestam militum huiusc loci missionem percenseat. Hunc librum, addit, eruditis legendi facultatem haud datam adhuc esse; sed a rege, sub clave, vt aiunt, istum seruari.

pletatur ac foveat: quarum conseruationi studet quam
maxime? In his tuendis nouum sibi ad immor-
talitatem cursum patefactum: nouum posteritas
apertum de laudibus eius cernet
campum.

ИНОВАЦИИ

Id in primis ex non. litterar. Florentin. tom. I. num. 9. ruinis monumenta, statuas, pi-
etas, vas, vrenilia cert. aene-
p. 138. sq. atque ex litteris Neapolitanorum apud GORI-
VM p. 51. et 89. abunde pa-
ter. Traditur in his, regis im-
penis omnia inuenta in his
antiquarum cognitione alii an-
tecellunt, praefectos esse.





SYLLOGE INSCRIPTIONVM
HERCVLANEI
ET IN EIVS CONFINITIS ERVTARVM

1.

DIVO. IVLIO
AVGVSTALES

2.

DIVO. AVGVSTO
AVGVSTALES

Illustrissimus marchio VENVTI
descrizion, delle prime scoperte dell'
antica città d' Ercolano p. 105, edit.
german, legit: AVGVSTODIVI F.
hancque inscriptionem cum priore,
tanquam vni lapidi incisam, coniungit.

3.

TI. CLAUDIO. DRVSI. F
CAESARI. AVGVSTO
GERMANICO
PONTIF. MAX. TR. POT. VIII
IMP. XVI. COS. II
PATRI. PATRIAEC. CENS
EX. TESTAMEN. MESSI. L. F. M. N. SENECAE
MILITIS. COH. XIII. VRBANAEC. ET
DEDICATIONI. EIVS. LEGAVIT. MVNICIPIB
SINGVLIS. HS. IIII. N
In metallo.

4.



4.

ANTONIAE. AVGVSTAE. MATRI. TI. CLAVDI
CAESARIS. AVGVSTI. GERMANICI. PONTIF. MAX
L. MAMMIVS. MAXIMVS. P. S

5.

DIVAE. AVGVSTAE
L. MAMMIVS
MAXIMVS
P. S

M. NONIO. M. F
BALBO. PR. PRO COS
HERCULANENSES

II.

6.

IULIAE. GERM.
AGRIPPINAE. TI. CLAVD.
PONT. MAX.
F. MAM.

... BALBO. PRO. COS
CRETENSIVM PATRONO

II.

M. NONIO. M. F. BALBO
PATRI

D D

IMP. T. VESPAS.
CAESARI. AVG.
TRIB. P. COS.

Herculanenses-Marcis Noniis Bal-
bis patri et filio statuas consecravunt.
Huic equestrem elegantissimam, cui-
us basi elogium inscriptum fuit,
quod num. 10. dedimus: illi pede-
strem togatam cum inscriptione, iu-
fra num. 35. a nobis suppeditanda,
et ab ea diuersa, qua hoc loco num.
12. exhibetur.

FLAVIAE. DOMITILLAE.
VESPAZIAN. CAESAR.

13.

DOMITIAE. CN. F
DOMITIANI. CAESARIS
D D

VICIRIAE. A. F. ARCHAD
MATRI. BALBI
D D

In basi statuæ, feminam referentis.

G 3

No.

LIII

Nomen VICIRIAE exhibet illu-
striss. marchio MAFFEIVS epistol.
ad BERNARDVM DE RVEBIS,
p. 28, et m^{us}co Veronensi, p. CCCLI,
vbi exdēm inscriptiones Herculanen-
ses suppeditantur, quae in modo lau-
data epistola in lucem date sunt.
Alii legunt: VICIRIAE A. F.
ARCHADI. Sine dubio Vicaria
haec mater Nonii Balbi iunioris fuit.
Pro ARCHAD MAFFEIVS m^{us}
Veron. habet ARCAD

14.

MAMMIO. MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES. ET. INCOLAE
AERE. CONLATO

In metallo.

auctor libelli: *memoir sur la ville ect.*
p. 30. primitit Lucii praenomen:
L... MAMMIO. MAXIMO cef.

15.

DECRETO. DECVRION
LOCVS. SEPVLTVRAE
PVBLICE. DATVS
L. AVSIDIO. L. F. HOR. MONTAN
COMITI. C. CALVSI. SABINI
pro PVBLICE legit MAFFEIVS m^{us}. Veronensi. loci exq. PV-
BLICAE.

16.

D. M.
C. ASINIO. AVG. LIB
PARAMYTHIO
FESTIANO
FALCONIA. HECDONE
MARITO. BENEM

M. PAPIRIVS. M. F.
TERTIVS
AVGVSTALIS

17.

D. M. S.
L. FABIUS. MODESTVS
SIBI. ET. SVIS. OMNIBVS
INSTANTIA. ET. LABORIBVS
SVIS. FECIT

CONSTANTI. NERATIOR
VILLICO
POTENTI. NERATIORVM
CELLARIO
POTHVS. ET. LATHMVS
PATRI. ET. FRATRI

20. L.



20.

L. SAVFEIVS. ARAES
SIEI. ET. IS. QVI. IN. SCRIPTI. SVNT
MV. BETI. . . .
MV. BETI. . . .
MV. BETI. . . .
DEMET. . . .
BETITIA. . . .

23.

D. M. S
TI. CLAVDI
FRVCTI
VIXIT. ANN
· · · · ·
MENS. IIII

21.

AENIAE
SEX. FILIAE
GEMINAE
SEX. VACAENIVS
GEMINVS
PATER
FECIT

22.

D. M.
GEMINIAE SIRICAE
MVPLIERI SIMPLICI
QVAE. VIXIT. ANN
P. M. XX. MINICIA
PARTHENOPE
ALVMN. DVLCISS
B. M. F

24.

OPPIDIAE
Q. E. GALLAE

25.

D. M. S
L. POMPON
SECUNDO. PV
ERO. DVLCISSIMO
SARCIANA. MARCE
LLA. FILIO. CARISSI

26.

V. METTIAE. MILLIAE
MELLEBILLAE
Q. VERSINIO. C. F
QVADRATO

27.

C. EGNATIO. C. F
CINNAMO
EGNATI. AMOMVS
ET. NARDVS
OPTIMO. PARENTI
ET. EGNATIA
CONTUBERN

TI. CLAUDIO
DIADYmeno
AMICO
IVLIA
BARILLA

MHNOΦΙΔΟΣ
ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ
XAIRE

Littere huius inscriptionis sunt
ex are Corinthiaco, maxima forma,
et lapidi infusa:

APPIVS PVLCHER
CAII FILIVS
Ita plerique. MVRATORIVS p.
DCLXXV. inscr. 2. addit. SEPTEM
VIR EPVLONVM. Consentit mat-
chio VENVTI descriz. delle prime
scoperse della citta d'Ercoleano p. 71.

In ruinis theatri Herculensis,
in magno marmoreo epistilio:
... F. MAMMI ... RVFVS
II VIR.QVIN.THEATR.ORCH
DE. SVO
apud MVRATORIVM inscribe. p.
MMXXI. et marchion. VENVTI,
libro excitate legitur:
A. MAMMI ect. vbi apud
vtrumque in fine defint verba:

DE. SVO

que tamen suppleta videbis apud
MVRATORIVM p.DCLXII. inscr. 1.
Eminentiss. QVIRINVS apud HAG-
ENBVCHIVM diptych. Brix. p.
CCVI. legit: thearum et orbebram
de suo L. Rufus L. F. Reste cel.
HAGENBVCHIVS A. MAMMI, in
quit, non integrum esse; neque AV-
LVIS MAMMIUS RVFVS; sed L. AN-
NIUS L. F. MAMMIANVS RVFVS
legi debere, collatis Mur. 2021. I.
litt. (α) et (β) facile est ad iudican-
dum,



32.

L. ANNIVS. L. F. MAMMIANVS. RVEVS. TIVIR. QVINQ. THEATR. O. . . .

P. NVMISIVS. ARC. . . . TEC. . . .

verba: P. NVMISIVS. ARC. . . . TEC. . . . defunct apud MYRATORIVM
loc. excit. Auctor libelli: *mémoire sur la ville etc.* p. 15. addit post vocem
Numisius: P. F. ARO. . . . HERCVLANEN. . . . Vide cel.
HAGENBVCHIVM loco excit. p. CCVIII.

33.

In basi statute, ibidem in ruinis thea-
tri Herculanicis invenie:

L. ANNIO L. F. MEN

TIVIR. ITER. QVIN

. . . VIR. EPVLONVM
est quoque apud MYRATORIVM
et HAGENBVCHIVM locis excita-
tis. Vitiose; neque integre ex-
hibet hanc inscriptionem VENVTI
descrizione delle prime scoperte. p. 104.

34.

In alia basi:

M. CALATORIO L. . . .

MEN. RYFO. FRAT. . . .

vid. cel. HAGENBVCHIVM loc. exci-
cit. sine dubio Rufus hic frater L.
Annii fuit, cuius num. 32. mentio
facta.

37.

Hac eadem esse videtur inscriptio,
qua num. 7. data est.

IMP. T. VESPA. . . .

CAESARI. AVG

TRIB. P. COS. II. . . .

M. . . .

35.

M. NONIO. M. F. BALBO

PR. PRO. COS

D. D

Ita hoc marmor exhibent VENVTI
vol. I. *Symbol literar. Florent.* p. 45.
et alias quidam vir doctus ibid. p.
103. Suppediet ei MYRATORIVS
inscript. p. MMXXIV. Vide, qua
super adnotata sunt num. 10. et 12.

36.

Prope Baias:

ACVTIO. BASILEO

QVI. VIXIT. ANN. XXII

MENSIS VI. DIEBVS XIII

CASSIVS. THEON

FILIO BENE

MERENTI. FECIT

38.

Prope Baias:

D. M

IVLIAE. AVIAE. NATIONE

VERN. NYHERINE

VIX. ANN. XXXIII

C. MODIVS. VALENTINVS

MATRI. DVLCISSIMAE

B. M. F

H

39.

39.

PHOEBO. MARCIAE
MAXIMI. AD. MARGARITAE
... T. ARESCVSAE. VICARIAE
EIVS
.... MENVS CONLEGA

40.

A. SVLPITIUS FELIX
FE. REMIAE. HEDONE
VXORI. SVE. D. S. V
KARISSIME. VIXIT
AN. XXXV
H. C. S

41.

Inuenta est inter rudera Herculanei anno 1500XXXVIIII mensa sacra lapidea cum inscriptione Etrusca, quam ita latinis litteris exprimit
PASSERIVS vol. I. Symbol. litterar. Florent. p. 207.

HERENTATEIS. SVM

L. SLABIIS. L. AVCHIL. MERRISS. TVCTIKS
HERENTATE... PRVKINAL. PRVFFER

HERENTATEIS SVM ab ipso redditur: *Iunonalis sum*; seu: *locus Iunoni sacer*. Verba L. SLABIIS, L. AVCHIL, designant nomina amborum, qui mensam hanc sacram dedicarunt, ita ut L. *Lucii* pronomina; littera vero SLABIIS et AVCHIL nomina familiarium *Slabie* et *Aukilia*; seu *Aquilia* indicent. MERRISS. TVCTIKS est nomen dignitatis; sic numeris apud Campanos confularis, quo ambo hi viri perfuncti sunt, vid. *LIVIVM libr. XXVI. cap. 6.* Sequitur vox HERENTATE, que significat numen, cui oblatio facta; seu potius locum, ubi mensa hinc diuinitati posita. PRVCHINAL deducitur ex greco *ωρος* et *κανεις communis*; aut *rebus* *sacerdos*, ita ut idem sit ac *prepositus cibos*. Vorabulum PRVFFER a latine *profero* commode derinatur, quid verbo *offerro* respondet, adeo ut sententia huius Etruscae inscriptionis sit: *Iunonalis sum*, L. *Slabius*, L. *Aukilius*, *Mediaustuici*, *Iunonali prepositi cibodes*, *proferrunt*; seu: *offerunt*.

42.

Prope Neapolim, eo in loco, vbi olim villa Pollio's stetit:

D. M	INGENIOSAE	QVAE. VIXIT. ANNIS	III. M. V. DIES. XXI
			FIDE. PERCEPIT. MESO
			RVM. VII. AVR. FORTV
			NIVS. PATER. FILIAE

Inscriptio haec videtur esse Christiana.

43. p.

43.

P. AELIO. P. FIL
PHILOLOGO
AVG. DECVRIONI. CAPVAE
ORNATO. SENTENTIA
IIVIRAL
AELIA. APHRODISIA
MATER. ET. SIEL. FECIT

M. ARRIVS. ANTONINVS
MANIP. III. SALVT. NATIO
AEGYPTO. VIXIT. ANN
LIIII. MILIT. ANN. XXVIII

44.

DIS. MANIEBV
P. ALFENI. ANTEROTIS
LOCVS. EXC.
SEPVLCRHI. ET. ITINERIS
IN. FRONT. P. XI
IN. AGR
P. XXXIIIL. ET. POENA
EXCEPTA. HS
XX. ET. P. ALFENO
RVSTICO. ET. ALFENAE. P. L
LITE
LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQVE. EIVS

E. M
M. PERPENNIVS
ZMARAGDV
MARTIALI. MA
GISTRO. SVO. STRV
CTORI. B. M

45.

45.

T. AVRELIO. CANDIDO. NAVARCHO
ARCHIGYM
BERNI. CL. PRAET. MISEN. ET
AVRELIAE. DEMETRIAЕ
CONIVG. EIVS. ET. LIBERTIS
LIBERTABVS QVE. POSTERISQVE
EORVM. SE. VIVI. FECERVNT

H 2

48.



48.

D. M

L. SALVIO. PUDENTI. MILITI
 EX. CLASSE. PRAET. MIS. DE III
 CONCORDIA. NAT. BESSO. VIXIT
 ANN. XXXV. MILIT. ANN. XVI
 BARBIUS. CRESCENTIVS. EX
 CENTVRIONIBVS. EIVSD. CLASSIS
 HERES. B. M. FECIT.

49.

D. M

M. VALERIO. SIMILI. MIL
 EX CLASS. PR. MISEN. NAT. BES
 MILIT. ANN. XXVIII. VIXIT. AN. L
 L. VALERIVS. MACRINVS
 EX. III. NEPTVNO. ET. C. TAR
 SNNIVS. FVSCGVS. H. B. M. F

50.

TI. CLAVD. AVG. L
 SCIRTI. PROC. BIEL
 VETTIA TYCHE
 SCIRTI

52.

D. M. S

AVRELIO. IVLIANO

51.

D. M
 AELIAE. CONCORDIAE
 NICEPHORIA-NVS. AVG
 VERNA
 DISP. VXORI.CARISSIM

HOMINI. BENE

MERENTISSIMO. H. G

B. M

AVRELIA. HIPPOLY.:

53. TI.



53.

TI. IULIUS. AVG. ET
AVGVST. L. DIOGENES. TR.
SIBI. ET. NIGIDIAE. EUTYCHIAE
CONIVGI. ET. SVIS. NIGIDIA. EUTYCHIA
BABERIAE. C. L. MARGARITAE
AMICAE. SVAE. H. M. H. N. S

54.

D. M

M. AVRELIVS M. . . . ARMORVM CVSTOS
NATIONE PONTIC. LIB. VIRTUTE. STIP. XVI
Q. V. ANN. XXXVIII. M. II. D. XV. PESTA
NIA SOZVSA. VXOR. BENEMERENTI. FECIT

55.

Prope Herculaneum:

PRIDIIE. K. MARTIAS. IN. CVR. SCRIBENDO. AD
FVERE CVNCTI. QVOD. VERBA. FACTA. SVNT
M. M. MEMMIOS. RVFOS. PAT. ET. FIL. ET
VIRI. ITER. PEQVNIA. PONDERALI. ET. CHAL
CIDICVM. ET. SCHOLAM. SECVDVM. MVNICIP
SPLENDOREM. FECISSE. QVAE. TVERI. PVBLI
CE. DECRETO. D. E. R. I. C. PLACERE. HVIC. OR
DINI. CVM. M. M. RVFI. PAT. ET. FIL. II. VIR
ITER. IN. EDENDIS. MVNERIBVS. ADEO. LIBE
RALES. FVERINT. VT. EORVM. MONUMENTA
DECORI. MVNICIPIO. SINT. ADEO. DILIGENTES
VT. VITIEIS. PONDERVM. OCCVRERINT. IDQ
IN. PERPETVVM. PROVEDERINT. PLACERE
DECVRIONIB. M. M. MEMMIOS. RVFOS. PAT. ET
FIL. DVM. II. VIVERENT. EORVM. POS. . . . M.

H 3

ET.

ET. SCHOLA. ET. CHALCIDI. QVÆ. IPSI. FECIS
SENT. PROCVRATIONEM. DARI. VTIQVE. SER
VOS. EIVS... MPIVS. EST..... NEGOTIO. PRAE
PONERENT. NEQVE. INDE. ABDVCI. SINE. DE
CVRIONVM. DECRETO. ET. M. M. MEMMIIS. RV
FIS. PAT. ET. FIL. PVBLICE. GRATIAS. AGEI
QVOD. ITERATIONI. HONORI. EORVM. NON
AMBITIONEI. NEQVE. IACTATIONI. SVAE. DE
DERINT. SED. IN. CVLTVM. MVNICIPI. ET. DE
COREM. CQNTVLERINT

dedit illam iam CAPACIVS libr. II. bift. Neapol. cap. 9. et REINESIVS
claff. VII. num. 15. p. 484.

56.

..... O. D. LOCVM. AB. INCHOATO
..... VM TECTORIS

AVGVSTALIB. DATVM
vii. REINESIVM claff. II. inscr. 33. et CAPACIVM libr. II. bift. Nea-
pol. cap. 9.

57.

ET. PATER. ET. FILI. M. SALIEN
DAMQVE.

TERTVLLA. RESTITVIT

v. REINESIVM cl. II. inscr. 29. et CAPACIVM bift. Neap. libr. I. cap.
21. et marchionem VENVTI descrizion. delle prime scoperze cet. c. III.
p. 41.

58.

L. MVNATIO. CONCESSIANO. V. P. PATRONO
COLONIAE. PRO. MERITIS. EIVS. ERGA. CIVES
MVNIFICA. LARGITATE. OLIM. HONOREM. DE
VITVM. PRAESTANTISSIMO. VIRO. PRAESENS
TEMPS. EXEGIT. QVO. ETIAM. MVNATI. CON
CES-

CESSIANI. FILI. SVI. DEMARCHIA. CVMVLATIO
RE. SVMPTV. LIBERALITATIS. ABUNDANTIA
VNIVERSIS. EXIBVT. CIVIBVS. OB. QVAE. TE
STIMONIA. AMORIS. SINCERISSIMI. REG. PRI
MARIA. SPLENDIDISSIMA. HERCULANENSIVM
PATRONO. MIRABILI. STATVAM. PONENDAM
DECREVIT

59.

Prope Formias:
QVINTO. CLODIO. C. . . .
HERMOGE. . . .
V. C. CONS. CAMP.
ORDO. ET. POPVLVS
FORMIANVS
PATRONO. PRAESTAN CORR. CAMP. VXORI
TISSIMO

60.

Ibidem.
FULVIAE
AVGVRIINIA
NAE C. F. . .
DIONYSI. CONS. VIRI
FORMIANI PVBLICE

61.

Prope regiam villam Porri:
MYNICIO P. F. POST MORTEM
MVNICIPES. SVI. AERE. CONLAT. PIETATIS
CAVSSA. POSVERVNT

62.

In ruinis theatri Herculensis:

A B D A E
L I V I A E

vid. march. VENVTI libr. memorato p. 81.

63.

In templo quodam, hanc procul distante:

• • • LON. VIR. EPV.

Laudans VENVTI magnum hoc marmor ita restituit: PATRONO
COLONIAE SEPFEMVIRO EPVLONVM.

64. In

LXIV



64.

In ruinis theatri Herculaneum:

• CVM. . . MON. . .
• . . M. HONOR. KA. . . .

65.

Ibidem.

II VIR. ITER. QVIN

66.

Ibidem.

ADO. | MVN. VIR. EPVLON.

67.

Ibidem.

CARDI
SEXTILI

68.

Ibidem.

DOMITIAE. CN
DOMITIANI CAESARIS
D. D




68802



58-

AB 68802



IOANN. ERNEST. IMM. WALCHII
P. P. SOC. LAT. IENENS. EPHORI

24

ANTIQUITATES
HERCULANENSES
LITTERARIAE

ACCREDIT

SYLLOGE INSCRIPTIONVM HERCVLANEI
ATQVE IN EIIS CONFINIIS ERVTARVM

EDITIO SECUNDA AVCTIOR.



IENAE LITTERIS ET SVMTIBVS SCHILLIANIS.
ANNO MDCCCL.